
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
BIBLIOTECA
12
13 K
25

A

21

DE MIRACVLIS VIVORVM,

SEV

DE VARIA NATVRA, VARIIS SINGVLARITATIBVS,

proprietatibus, affectionibus, mirandisque virtutibus, facultatibus & signis hominum viuorum;

Liber nouus & singularis;

AVCTORE

HENRICO KORNMANNO
ex Kirchaina Chattorum.





M.DC. XIV.





Francofurti typis viduæ Matthiæ Beckeri, impensis Iacobi Fischeri.



Heroi

STRENVO, NOBILISSIMO IOHANNI SCHWERTzelln in Willingshausen, Domino & Patrono suo colendo,





S.



VAM mirabilis DEVS in operibus suis; plusquam certum, plusquam manifestum est. In superno Firmamento duo luminaria magna, Sol & Luna, quodlibet suo præest, tot sydera, tot stellæ, tot plane-

tæ, tot signa cœlestia, cuilibet officium suum: In cœlis gradus diuersi. Sūt Seraphin, sunt Cherubin, sunt Throni, sunt Dominationes, sunt potestates, sunt virtutes, sūt Principatus, sunt Archangeli, sunt Angeli, indesinenter laudibus creatorē suum agnoscunt. Illud non modo in Macrocosmo, sed & in Microcosmo, in quo variæ, singulares & mirandæ virtutes, facultates & dona inueniuntur, ordinantur à Deo constitutū. Quæ omnia intimius cōsiderans stupui mirandam, & ineffabilem potestatem Omnipotētis Dei, qua omnia pro sua clementia & voluntate dirigit, & gubernat. Quando igitur ante hac singulariter Miracula, quæ fiunt in Mortuis, notaui, merito

& viuorũ Miracula vulganda duxi, vt cerneret & consideraret homo varietates, varias singularitates, facultates, signa, mirandasque virtutes humani generis. Sũmo itaq; studio & opera qua potui viuorũ Miracula collegi & adnotaui, quæ V. Str. vtpote singulari Nobilitatis splendore virtutumq; radiis coruscanti, sacro & offero, & patiatur quæso V. S. vt hi mei quantulicunq; sunt, labores vestro firmissimo patrocinio securè in hõum cõspectũ prodire queant litterã T. in frõte gerentes, credo, & firmiter illud fieri nõ potest, quin aliquo splendore eorum caligo perfundatur.

Viue diu Fœlix & Vale.

Neapoli ad D. Archang. Michaelis M D C XII:

Henricus Kornmannus ex Kirchaina Chattorum.

Index Capitulorum & Exemplorum huius operis.

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De Dandona.
De Argantonio Gaditano.
De Æthiopibus & Indis.
De Epimenide Gnoſio.
De Q. Fabio.
De rege Numidiæ Maſiniſſa.
De Hierone rege Siciliæ.
De Gorgia Leontino Philoſopho.
De Rege Latinorum.
De quibuſdam Epiperorum.
De Liuia Rutilii, de Terentia Ciceronis & Clodia filia Auli.
De M. Valerio Coruino.
De mira pulcritudine.
De filiabus hominum.
De Rebecca.
De filiabus Iobi.
De heroina Iudith.
De Regina Eſther.
De Regina Vaſthi.
De Abiſag Sunamitide virgine pulcerrima accubanti Dauidi.
De Abſalome.
De Saulo.
De Helena ex Græcia.
De mira fortitudine.
De Nembroth.
De Chaleb.

De

Iona Propheta.
Daniele inter Leones.
D. Petro ambulante in mari.
Vestibus S. Bartholom.
Vestibus Israelitarum per 40. annos in deserto.
e Vestibus Abrahami confessoris.
e S. Conrado.
e S. Cæcilia.
e S. Ioanne in oleo feruenti.
e Petro Cardinale ignem permeante.
e Poppone illæso ab igne.
e puero illæso ab igne.
e puero Heleno.
e Maria Ægyptiaca sicco pede super Iordanem ambulante.
De Pantalemone.
De muliere septies icta.
De Britii linteo igne illæso.
De B. Christina.
De Matthiæ regis Vngariæ fratre.
De homine fulminato.
De Delo Insula.
De non morbosis per vitam.
De Azone Iurisc.
De dormientibus.
De septem dormientibus.
De Scholare Lubecensi.

De

INDEX



INDEX AVCTORVM
quorum hiſtoriæ & nomina in hoc opere laudantur.

A.

ADo Treuerenſis.
Ælianus.
Alexander ICtus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Aphrodiſenſis.
Albertus Magnus.
Albericus Gentilis.
Albertus Krantzius.
Aluarus Nugnez.
Aloyſius Cadamuſtius.
D. Ambroſius.
Alphenus Archiepiſcopus Salernitanus.
Amatus Luſitanus.
Ambroſius Paræus.
Amphylochius.
S. Antoninus Florentinus.
Andreas Tiraquellus.
Ancharanus.
Antonius Auguſtinus Epiſcopus Ilerdenſis.
Antonius Nebriſſenſis.
Antonius Panhormita.
Andreas Alciatus.

Anto-

Antonius Pigafetta.
Annæus Seneca.
Andreas Eborensis.
Annales Hollandiæ.
Annales Salisburg.
Andreas Riccius.
Aristoteles.
Arnaldus de villa noua.
Archidiaconus.
Appion Polyhistor.
Appendix Schaffnaburg.
D. Augustinus.
A. Gellius.
Auctor annalium de initiis Regnorum.
Artemidorus.

B.

Bartolus.
Barbatia.
Bartholomæus Anglicus.
Bartholomæus Chassanæus.
Balthasar Gomezius de Amescua.
Baptista Fulgosius.
Bernhardus à Breidenbach.
Blasius Milanosius.
Biblia.
Bonfinius.

rius.
gatus.

C.

lliphanes.
mbdenus.
ſar Colonienſis.
lius Rhodiginus.
ius ICtus.
millus Gilinius.
rolus Tapia.
ryſoſtomus.
ronicon Hiſpaniæ.
ronicon à nato Chriſto vſque ad annum 1542.
riſtophorus VVilhelmus Putſchius ab Hacking.
ſparus Goltvvurm.
ſſianus.
ſſiodorus.
ſparus Hedio.
tullus.
laudianus.
onradus de mure Tigurinus.
oſmus Magellianus.
otta.

D.

antes Aligerius.

Dama-

Damastes
Dionysius Gothofredus.
Digesta.
Diodorus Siculus.
Dionysius Carthusiensis.
Diodorus.
Didacus Osorius.
Didacus Couarruuias.
Dion.Nic.
Didymus.
Donatus.
Dorotheus Episcopus Tyri.

E.

Eustathius.
Eusebius.
Euagrius.
Euthymus.
Erasmus Roterodamus.
Erasmus Marbachius.

F.

Franciscus AluareZ.
Franciscus Patritius.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Picus.
Franciscus Vallesius.
Franciscus Victoria.

G. Ga-

G.

ninius Romanus.
gorius Nazianzenus.
gorius Groitschius.
egorius Rolbagius.
ilielmus Bened.
ilielmus Nang.
ilielmus Adolphus Scribonius.
ilielmus Parrhysiensis.

H.

anno Carthaginensis.
arduicus à Dassel.
artmannus Schedel.
esiodus.
Hieronymus.
ector Boethius.
enricus Panthaleon.
ieronymus Mercurialis.
ieronymus Maggius.
ippocrates.
omerus.
oratius Flaccus.
erodotus.

I.

anus Vitalis.
Iason.

):():():(*Iaco-*

Damastes
Dionysius Gothofredus.
Digesta.
Diodorus Siculus.
Dionysius Carthusiensis.
Diodorus.
Didacus Osorius.
Didacus Couarruuias.
Dion. Nic.
Didymus.
Donatus.
Dorotheus Episcopus Tyri.

E.

Eustathius.
Eusebius.
Euagrius.
Euthymus.
Erasmus Roterodamus.
Erasmus Marbachius.

F.

Franciscus Aluarez.
Franciscus Patritius.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Picus.
Franciscus Vallesius.
Franciscus Victoria.

G. Ga-

):():():(*Iaco-*

Iacobus Ruffus.
Iacobus Angliæ & Scotiæ rex.
Iamblichus.
Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha.
Ioannes Apostolicæ sedis Legatus apud Tartaros.
Ioannes Cuspinianus.
Ioannes à Vitoduro.
Ioannes Stumpfius.
Ioannes Iouianus Pontanus.
Ioannes Bocatius.
Ioannes Ludouicus de La Cerda.
Ioannes Gallensis.
Ioannes Laurentius Ananias.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Tinnulus.
Ioannes Bened.
Ioannes Niderus.
Ioannes de Plano.
Ioannes Scleidanus.
Ioannes Magnus.
Ioannes Trithemius.
Ioannes Bodinus.
Ioannes Spondanus.
Ioannes à Turrecremata.
Ioannes Leo.
Innocentius P.M.
Iosephus.

L.

Ludouicus Viues.

M.

Marcus Antonius Muretus.
Martialis.
Marianus Senensis.
Martinus Laudensis.
Marullus.
Matthæus de Afflictis.
Marcus Polus.
Macrobius.
M.T.Cicero.
Marcellus Donatus.
Marsilius Ficinus.
Malachias.
Maximilianus Transyluanus.
Matthias Michouski.
Mater historiarum.
Melchior Nugnez.
Mercurius Trismegistus.
Metaphrastes.
Michael Scotus.
Michael Papa.
Moses.
Mutianus.
M.Ancerrus Iulianus.

N.Na-

N.

atalis Comes.
auclerus.
athan Chytraus.
icolaus Abbas Panormitanus.
icolaus Remigius.
icephorus.
euiZanus.
onnius.

O.

lofredus.
lericus.
loardus Barboia.
'aus Magnus.
'tellius.
uidius.

P.

ulus Iurisconsultus.
ulus Iouius.
trus Boyeausteu Launaus.
ulus Diaconus.
ulus Cypraus.
trus Aponensis.
trus Thyraus.
trus Bembus.

):():)(:) 3 *Papi-*

Papirius Massonus.
Petrus Binsfeldius.
Petrus Hispalensis.
Petrus Damianus.
Petrus Lentulus.
Petrus Martyr.
Picus Mirandula.
Philostratus.
Philippus Theophrastus Paracelsus.
Phauorinus.
Philippus Bergomas.
Plutarchus.
Plautus.
Plinius.
Pomponius Lætus.
Pomponius Mela.
Procopius.

Q.

Quintilianus.

R.

Raphael Volaterranus.
Ramusius.
Robertus Ment.

S.

Sabellicus.

Saxo

ıxo Grammaticus.
ru.us.
baſtianus Munſterus.
uerinus Pineus.
bylla Trygandriana Auctoris.
gebertus Gemblacenſis.
mon Maiolus.
phronius.
ranus Ephesius.
linus.
cinus Iunior.
zomenus.
rabo.
atius.
holiaſtes Tertulliani.
ıidas.

T.

ertullianus.
heodorus Gaza.
heodoretus.
helanicus.
extor Rauiſius.
heobaldus Epiſcopus.
itus Liuius.
Thomas.
homas Cantipratanus.
ranquillus Suetonius.

Varro

IMPRIMEBATVR
Francofurti.



DE MIRACVLIS VIVORVM.

CAPVT I

De Microcosmo & eius characteribus.

INstituti mei est describere miracula mirabilia, singularia munera & dona, facultates qualitatesque hominum, quibus tum à bestiis, quibus tum inuicē inter sese dis-
ant. Placuit igitur à protoplasto operis no-
principium constituere. Quum omnipotens
is in principio ex nihilo creasset cœlum ac
am ac omnia, quæ in eis sunt, quinque die-
sexto die accepit massam terræ atque homi-
formauit. Huic etiam vitæ spiritum secun-
imaginem inflauit. Id autem eo consilio fe-
vt homo omnibus aliis creaturis dominus
sset, atque diuinorum operum præco cum
i posteritate Deum perpetuis laudibus ce-
ret. Nam is in suo ipsius corpore omnes
di partes cœlestes & elementares contine-
quæ ipsum ratione & mente præditum ope-
Dei mirab.lium, adeoque sui officij admo-

nerent, vt etiam rectè Microcoſmus dicatur. Quamobrem ab animis Chriſtiana religione imbutis opinio illa penitus remouenda eſt, qua bruta ob nonnullas corporis dotes homine meliora eſſe exiſtimantur.

Nam poſt Mercurium Triſmegiſtum D. Auguſtinus libro decimo de ciuitate Dei cap. duodecimo, hominem naturæ miraculum appellat. Et Plinius, hominis, inquit, cauſa cuncta videtur genuiſſe natura. Et Ariſtoteles eum omnium finem vocat, & in pſalmo gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Ac demum idem qui ſupra Philoſophus nobiliſſimum & altiſſimum animal hominem eſſe ait, quippe cui Deus eam animam dedit, qua per rationem atque intelligentiam omnibus animantibus eſſet præſtantior: non enim vt animalia rationis expertia in terrã prona videmus, ita factus eſt homo, ſed erecta in cœlum corporis forma admonet, eum non huic mundo corruptioni obnoxio, ſed cœleſti patriæ ac gloriæ eſſe deſtinatum. Creauit enim Deus hominem ad imaginem ſuam. Nam ſicut imago Dei mundus eſt, ſic imago mundi homo eſt. Hinc putant quidam dictum eſſe, quod homo non ſimpliciter imago Dei creatus eſt, ſed ad imaginem, quaſi imaginis imago: iccirco microcoſmus dictus eſt, hoc eſt minor mundus. Hinc & homo habet ſignum quo præ cæteris animantibus diligitur, cuius idea in diuinis numerationib. vocatur Hæſed

חסד

in quod clementiam significat & dextram ... :ptrumDei, quod signum primus Protoplastes omni integritate & plenitudine procul dubio ssedit, quando placida mansuetudine attracta feruore subiecta venerunt ad eum cuncta animantia veluti ad dominum vt eis nomina imporet. Habet quoque characterem terrificum signaculum Dei, quo quæcunque illi subijuntur, superiorem agnoscunt, siue seruus siue imal sit; alioquin enim nec puer regeret arenta & elephantes, neque rex perterreret pop. c iudex reos. Hic character hominibus à dina idea impressus est, quam Hebræorum Caliſtæ pahad פחד vocant, & sinistram & glaum Dei. Verum post præuaricationis peccan à dignitate illa decidit cum omnibus poris suis, neque tamen omnino character ille nobis extinctus est, sed quanto magis quis uatur peccato, tantò magis à diuinis istis characteribus longius abest minusque recipit. Et le benignitatem & reuerentiam recipere de:et, ipse in aliorum cadit seruitutem atque tiorem cum animalium tum hominum & dænum. Quod sentiens Cain timebat inquiens Deum: Omnis qui inueniet me, occidet me, tias quippe & dæmones timebat, non tam mines qui paucissimi erant. Antiquitus aun multi homines, qui in innocentia viuebant, timam vitam agentes adhuc illa fruebanobedientia & potestate, sicut Samson uid & Daniel in leones, Helisæus in vrsos,

Paulus in viperam. Et multi Anachoretæ habitabant in desertis in cauernis & speluncis ferarum, non timentes nec vllum nocumentum accipientes, sicut enim per peccatum obtenebratur diuinus ille character, sic expurgato & expiato, rursus ille magis magisque illucescit.

Capvt 2

De septem miseriis hominum in hac vita.

Prima miseria hominis est nuditas & priuatio. Quia nascitur sine vestitu, non sic animalia alia. Secunda miseria est imbecillitas & impugnatio, quia non habet arma naturalia ad defendendum se, sicut cætera animalia. Tertia est flebilitas & desolatio, quia mox natus nihil scit, nisi flere, & non ridet ante 40. diem & primo dormiendo, vt dicit Augustinus in confessione post principium. Quarta est seruitus & subiugatio, in cuius signum mox natus ligatur in manibus & pedibus, non sic cætera animalia. Quinta est pronitas & recuruatio, quia mox dum incipit se mouere de loco vadit pronus more quadrupedis quasi reportando. Sexta est infirmitas & infectio, quia nullum animal ita morbidum sicut homo, plures morbi quam remedia. Septima est prauitas & transgressio, quia nullum ita inclinatum ad vitia sicut homo. Vnde dicit Plinius quod inter cætera animalia vni tantum, scilicet, homini est ambitio, vni auaritia, vni immensa cupido viuendi, vni superstitio, vni causæ sepul-

turæ,

iræ. N illi vita fragilior, nulli omnium rerum apido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies eriot. Ex primo igitur patre istæ miseriæ contrauntur, igitur vt huius patris & miseriæ memoa habeatur, tota Ecclesia in cineribus humiliar. Ex isto patet, quod sunt stulti, sicut sunt iulti, qui ex isto patre sumunt materiam glorandi. Gloriari enim de generis nobilitate est lem quod gloriari de putredinis fœditate, est i. tractatus Magistri Ioannis Gallensis in fin. de ex ætatibus hominis.

CAPVT

De modo nascentis infantis.

DE exitu infantis ita dicitur, quod vterque exit foras per os vuluæ, tamen prius cum apite si sit bene sanus. Sciendum est quod maculus nascitur supinus, & si aliqua vice teneatur, 1 aqua balnei & moriatur, moritur ore inferius, e fœmina nascitur non supina, sed cum ore inerius, & si aliqua vice moriatur in aqua, moritur re supino. Nascitur enim prius cum capite quibet, eo quod est sibi quidam introitus ad vitam empor. lem, vt videat mundum, & eum cognocat miseriis plenum & suum defectum, & quod er se nihil potest facere, sed si aliter nascatur vt rius exeat pes vel manus, &c. Vix euadit & poius moritur subito quam euadat, & mater eius olores & mortis pericula patitur. Nascitur vir um facie versus terrã, eo quod prius fuit nocens

Paulus in viperam. Et multi Anachoretæ habitabant in desertis in cauernis & speluncis ferarum, non timentes nec vllum nocumentum accipientes, sicut enim per peccatum obtenebratur diuinus ille character, sic expurgato & expiato, rursus ille magis magisque illucescit.

Capvt 2

De septem miseriis hominum in hac vita.

PRima miseria hominis est nuditas & priuatio. Quia nascitur sine vestitu, non sic animalia alia. Secunda miseria est imbecillitas & impugnatio, quia non habet arma naturalia ad defendendum se, sicut cætera animalia. Tertia est flebilitas & desolatio, quia mox natus nihil scit, nisi flere, & non ridet ante 40. diem & primo dormiendo, vt dicit Augustinus in confessione post principium. Quarta est seruitus & subiugatio, in cuius signum mox natus ligatur in manibus & pedibus, non sic cætera animalia. Quinta est pronitas & recuruatio, quia mox dum incipit se mouere de loco vadit pronus more quadrupedis quasi reportando. Sexta est infirmitas & infectio, quia nullum animal ita morbidum sicut homo, plures morbi quam remedia. Septima est prauitas & transgressio, quia nullum ita inclinatum ad vitia sicut homo. Vnde dicit Plinius quod inter cætera animalia vni tantum, scilicet, homini est ambitio, vni auaritia, vni immensa cupido viuendi, vni superstitio, vni causæ sepulturæ.

iræ. Nulli vita fragilior, nulli omnium rerum capido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies ...rior. Ex primo igitur patre istæ miseriæ contrauntur, igitur vt huius patris & miseriæ memoria habeatur, tota Ecclesia in cineribus humiliatur. Ex isto patet, quod sunt stulti, sicut sunt multi, qui ex isto patre sumunt materiam gloriandi. Gloriari enim de generis nobilitate est idem quod gloriari de putredinis fœditate, est in tractatus Magistri Ioannis Gallensis in fin. de sex ætatibus hominis.

Capvt

De modo nascentis infantis.

De exitu infantis ita dicitur, quod vterque exit foras per os vuluæ, tamen prius cum capite si sit bene sanus. Sciendum est quod masculus nascitur supinus, & si aliqua vice teneatur, in aqua balnei & moriatur, moritur ore inferius, & fœmina nascitur non supina, sed cum ore inferius, & si aliqua vice moriatur in aqua, moritur ore supino. Nascitur enim prius cum capite quilibet, eo quod est sibi quidam introitus ad vitam temporalem, vt videat mundum, & cum cognoscat miseriis plenum & suum defectum, & quod per se nihil potest facere, sed si aliter nascatur vt prius exeat pes vel manus, &c. Vix euadit & potius moritur subito quam euadat, & mater eius dolores & mortis pericula patitur. Nascitur vir cum facie versus terrã, eo quod prius fuit nocens

quàm cito exiuit de manu Dei. Michael Scotus in Physionom,cap.11.

CAPVT

De primo planctu nascentium.

INnocentius in libello de miseria hominis dicit sic: Omnes nascimur eiulantes vt naturæ miseriam exprimamus. Masculus enim recenter natus dicit A fœmina E. dicentes E. vel A. quotquot nascuntur ab Eua, & iterum subiungit ibidem sic dicens. Quid igitur est Eua nisi heu A. vtraque dolentis est interiectio doloris exprimẽs magnitudinem, quasi dicat hoc est generale cũctis hominibus vt masculus cum nascitur gemendo proferat A. fœmina vero E. quasi de primorũ parentum transgressione lamentantes, qua in hac lachrymarum valle omnes tam masculi, quã fœminæ exulati sunt. Io. Ludou. Viuald. de duplici caus. veræ contur. c. de fletu Domini Iesu Christi. Vir natus voce clamat O A. fœmina verò O E. quasi Masculus dicat ô Adã quare peccasti, quia pro te patior miseriam infinitam & fœmina dicat in sua lamentabili cantu, ô Eua: quare peccasti nam tuo peccato sum passura miserabilẽ vitã in hoc mundo. Michael Scotus in Physionom. c. 11.

CAPVT

Vbi creatus fuerit Adamus & de nomine eius.

ADamus vt dicit Iosephus extra Paradisum sexto die mundi in cãpo Damasceno de limo terræ ru-

ræ rubræ plasmatus fuit, à qua nominis appellationem traxit.

Nam Adam hebraicè Terra rubra interpretatur,& exinde quasi in instāti à Deo per aera trāslatus in Paradisum. Vnde dicitur Gen.2. Tulit ergo Deus hominē scilicet de loco campi Damasceni in quo eum formauerat extra paradisum & transtulit eū in Paradisum voluptatis. Alij tamē dicunt,ꝙ Adam formatus fuit circa mediū terræ habitabilis ꝙ esse videtur Hierusalē,quæ est quasi vmbilicus orbis,tū quia ibi secundus Adā scilicet Christus nasciturus & moriturus erat,tamē vt transeundo de medio orbis terrarū ad extremū orientis vbi erat Paradisus,videret & attenderet, quanta fecisset Deus in superficie terræ,&quantum distaret gloria Paradisi regionis, quā præparauit specialiter habitationi hominū à region. bestiarū & secundū hāc considerationē non debuit homo in instanti transferri de loco in quo formatus fuit in Paradisum , neç superius per aera duci, sed successiuè inferius per terram vt omnia conspicere posset. Ex quibus intelligitur ꝙ Adam primus homo formatus fuit extra Paradisum, vt intelligeret ex hoc, ꝙ locus ille delitiarū tam egregius non debebatur sibi ex cōmuni cursu naturę,sed ex speciali dono diuinę gratię:sicut &immortalitas,quam homo pro statu innocentiæ dicto modo habuisset. Cyprianus aduersus Iudęos arguit primum hominem à quatuor mūdi cardinibus nomē adeptū esse quasi Ἀνατολὴ, Δύσις, Ἄρκτις, μεσημβρίος. quod sonat Oriēs, Occidens, Septentrio, Meridies.

Capvt 6

De Eua.

CVm Deus marem Adamum ad similitudinem suam finxisset, tum etiam fœminam configurauit ad ipsius hominis effigiem, vt duo inter se permixti sexus propagare sobolem possent & omnem terram multitudine opplere. Ecce immisit autem Dominus soporem in Adam, vnde somnus ille siue raptus siue ectasis nec ab angelo fuit, nec à cœlo, nec à cibali fumo aut fatigatione, quæ non erat in statu innocentiæ, sed fuit immissus à Deo, &c. & tulit Dominus vnam de costis eius replens carnem pro ea & ędificauit in mulierem, quam Adam videns dixit, hoc nūc ... de ossibus meis, hæc vocabitur Issa, quod latine mulier interpretatur, quod de viro sumpta est. Eua ergo in paradiso, formatur propter dignitatem principii, ex quo corpus eius formabatur, nam similiter & filij nati fuissent in paradiso propter dignitatem parentum, qua ibi iam erant expositi: Magister tamen histor. dicit quod ideo Eua in paradiso, facta est, vt ex hoc mulier gratior & honorabilior haberetur. Hanc Dominus non fecit de capite ne viro dominaretur, non à pede viri ne contemneretur: sed de latere, vt amoris vinculum probaretur etiam, vt non loci generis nobilitate, sed virtute vnusquisque sibi comparet gratiam.

Cap.

CAPVT 7

De ortu Gigantum.

DE ortu Gigantum varia Poetæ olim fabulati sunt. Nam secundum Hesiodum in heog: è terra & cœli sanguine nati dicuntur, : quibus egregie Natalis Comes Mythol.lib.6. ɩ1.quo beneuolum ac studiosum lectorem reitto. Ea tantum ego quæ ex sacris & probatis storicis colligere potui recensere volo. Videntr aliqui ex patribus sentire, quod Gigantes qui iluuium præcesserunt, fuerint nati ex Angeloɹm & mulierum concubitu. Cui sententiæ uent Iustinus Martyr in Apologia ad Senat. Rom. & in alia apologia ad Antoninum Pium. Tertullianus in lib. de habitu mulierum. Lactãt ib.2. de origine erroris cap.15. Euseb. lib.5. de ɔræparat.Euangel.c.4. Philo in lib. de Gigantiɔus. Ambrosius lib.1. de Noe & Arca cap.4. hi patres & alij videntur sentire, quod Angeli cum mulieribus peccauerint, & pro his facit illud Gen. 6. Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulcræ, acceperunt sibi vxores. Et postquam filij Dei venissent ad filias hominum, & illæ genuissent eis, isti facti sunt robusti à seculo viri celebres. R.P. Binsfeld. in tr. de confessionibus maleficorum post præludia conclus.5. pag. mihi 2:6. S. Patres per Angelos non intellexisse spirituales substantias, sed viros illustres, Dei cultus studiosos ex sancta stirpe Seth descendentes,

qui quoniam vſq; ad illud tempus in cultu vnius Dei perſeuerarunt, à ſcriptura vocati ſunt filij Dei. Editio verò ſeptuaginta interpr. vetuſtior Angelos Dei appellauit, iuſti enim homi. n Scriptura Angelorum nomine nuncupantur. Sic de Ioanne ſcriptum eſt. Ecce ego mitto Angelum meum, & ſacerdotes in Malachia Angeli Domini exercituum vocantur; & hanc expoſitionem Auguſtinus amplectitur. Ad eandem expoſitionem accedit Guiliel. Pariſ. in vlt. part. de vniuerſo c.23. Dionyſ. Carthuſ. in cap. 6. Gen. & in 2. de 8. q. Caſſian. collat. 8. cap. 21. & alij nunc communiter dictàm expoſitionem apprehendunt. Auguſtin. lib. 15. C. D. cap. 23. & Hieron. in quæſt. tradunt Aquilam filios Elohim reddidiſſe filios Deorum, & intellexiſſe Magiſtratus & principum filios iuxta Pſalm. 82. Exod. 22. Chaldæus iſtos Benei Elohim nuncupat Benei Rabrebaia, id eſt filios Rabinorum ſeu primatũ, vt & Symmachus vertiſſe ὑιὸς δυναςευόντων à Hieronymo perhibetur. Sed veriorem literam textus prout ſonat teneo, cum ſi per filios Dei viri illuſtres & cultus Dei ſtudioſi intelligantur, nihil culpabile perpetratum ſit ab ipſis, quod filias hominum pulcras appetierint, cum id naturæ & amori diuino attribuendum ſit, eum autem textus arguere videatur, rectius duco angelos illos ſpirituales ſubſtantias pulchritudine filiarum hominum allectos fuiſſe, & cum eis concubuiſſe, ex quibus Gigantes procreati fuerint.

Sequuntur iam exempla.

EXEMPLUM

De Nephylim.

REfert Moyses eodem capite: Fuerũt in diebus illis Nephylim in terra. (Nephylim à cadendo nomen habet, alij interpretantur Gigantes) astipulatur ferè Io. Lauren. Ananias in li. de nat.dæmon.lib.2.p.mihi 48. Cum filij Dei in filias hominum irruerent, quo factum libidinum flammis semper crescẽtibus, vt ferè omnes paucissimis exceptis à recto deuiarent tramite timore Dei à terra prorsus exploso posthabitoque nefariam tandem dæmonum artibus passim Gigantes illi producerentur, quorum vastum humanæq; naturæ parũ decentem & inconditam molem tẽpore vniuersæ carnis resurrectionis ab his duntaxat auferet, qui diuina gratia ab inferorum vinculis exoluti sunt. Hi nempe Gigantes qua erant superbia sibi filiorum Dei nomen assumentes, cæteros præ se contemptos hominum filios appellauere, tandem vltionem diuinam sibi & toti mundo accelerarunt, vt omnia diluuio perirent submerso excepto Noah. Idem lib.4. pag.mihi 142. Natos dæmonum ex mulieribus recenset, sub certa inquit dispositione cœlestiq; influxu directo aliquos & oriri, & ortam heroũ maiorẽ partẽ esse negari non potest. Quãquis re ipsa ex spiritib. nõ fuerint propagati, fraudes tamẽ ac dolos eorũ plus satis sapuere. Sic natũ perhibent Æneam ex Venere & Anchys. Bacchum ex Ioue

ex Ioue & Semele. Ex Marte Romulum, totque alios antiquorum heroas sexcentos, in hunc quoque modum ortum Alexandrum tradunt Ammonei Iouis sacerdotes. Ac Neronem Imp. quem conceptum ex angue aliqui imaginati sunt, vt Merlinum quoque Britãnorum annales & Iaponii suam Xacam, pluresque præterea qui idololatriæ ac heresium auctores fuere. Recensentur autem Gigantes Gen. 14. Rephaim siue Gigantes in Astaroth Karnaim. Et Num. 13. ibi. Regio illa quam ad explorandam pertransiuimus regio est, quæ deuorat habitatores suos, prȩterea vniuersus populus, quem vidimus, in ea sunt homines monstrosȩ magnitudinis, vidimus quoque illic Nephilim posteros Anack. De Nephilim, fuimusq;, nostro quidem iudicio veluti locustæ, quin sic quoque fuimus illorum iudicio. Deut. 2. Emim antea in ea habitarunt populus magnus & multus, tum etiam procerus vt Enakim quos Moabitæ vocant Emim, Gigantes reputati sunt, quemadmodum Enakim. ibid. Paulo inferius: Terra Rephaim & ipsa reputatur, sederuntque in ea olim Rephaim, quos Ammonitæ vocant Zammerumim, populus fuit magnus & multus, tum etiam procerum quemadmodum Enakim.

EXEMPLVM

De OG rege Basan.

Deut. 3. Solus OG rex Basan remanserat ex reliquiis Rephaim, & en lectus eius erat le-

ectus ferreus, qui adhuc visitur in Rabbath filio
um Ammon, nouem cubitos habet longitudo
ius, & quatuor cubitos latitudo eius iuxta cu-
itum virilem. Iosi.12. Et limitem OG regis qui
eliquus erat ex Rephaim, & Iosi.13. Totum re-
num OG in Basan qui regnauit in Astaroth &
drai quique superfuit ex reliquiis Rephaim.

EXEMPLVM

De Arba.

IOs.14. Fuit enim Arba homo magnus inter
Anakim.

EXEMPLVM

De Rephaim Pop.

IOs.17. Quandoquidem tu malus es populus,
ascende ergo in syluam, & para tibi illic in ter-
Pharisæi atque Rephaim, ibique quandoqui-
em ferreos currus habent omnes.

EXEMPLVM

De Goliatho.

SAmuel 17. Egressus autem est vir inter
duas acies ex Palæstinorum castris Go-
ath, erat nomen eius de Garh, altitudo eius erat
x cubitorum, & palmi galea chalybea erat in
pite eius, & lorica squamata induebatur. Pon-
dus

dus autem loricæ habuit quinq; millia ficlorum chalybis, ocreas chalybeas habuit in pedibus suis. Clypeus chalybeus erat inter scapulas eius, contus lanceæ eius, vt iugum texentium, lamina vero lanceæ eius habuit sexcentos siclos ferri. Philo in Bibl. antiq. Dauidem ei moribundo monstrasse angelum Domini cernibilem præpositum super virtutem assistentem scribit, quo conspecto, Goliathum dixisse. Non solus occidisti me, sed qui tecum erat, cuius species nō est sicut species hominis, demonstrat quoq; ibidē Philo conatur Dauidem & Goliathum fuisse consobrinos.

EXEMPLVM

De Iisbi in Nob. Saph. Githæo.

2. SAm. 21. vbi Iisbi in Nob. qui natus fuit ex Rephaim. Pōdus lāceæ eius habebat trecentos siclos chalybis & paulo inferius: Tunc trucidauit Sebbechei Husathites ipsum Saph, qui erat ex Rephaim. ib. Elhanan filius Iaaræ Orgim Bethlæemites Goliat quendam Githæum trucidauit, cuius hastæ lignum erat instar iugi textorii.

EXEMPLVM

De viro monstrosa magnitudinis.

2. SAm. 21. Aliud deinde fuit prælium in Gath, fuit illic vir quidam monstrosa magnitudine, qui digitos manuum habuit duodecim, & pedum digitos item duodecim, numero

vide-

licet viginti quatuor, qui & ipse natus erat
ephaim in Gath.

EXEMPLVM

De Saulo.

SAm. 9. Saul Iuuenis erat & pulcher, nec e-
rat inter filios Israel illo pulchrior, nam ab
iero suo & supra procerior erat omni po-
l.

EXEMPLVM

De Ægaone Briaræo.

DE hoc Virgilius lib. 6. Æneid.
—— Et centum geminus Briaræus.
& lib. 10.
Ægæon qualis centum cui brachia dicunt,
Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem;
Pectoribusque arsisse Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

EXEMPLVM

De Cœo, Iapeto, Typhoeo.

DE his Virgilius lib. 1. Georg.
—— Tum partu terra nefando
Cœumque Iapetumque creat sæuumque Typhoea
Et coniuratos cœlum rescindere fratres
Ter sunt conati, imponere Pelio Ossam
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere olympum.

Per

Per fratres Seruius Othum & Ephialtem intelligit, qui fuerunt filii Neptuni & nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cœlum voluerunt euertere, sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ.

EXEMPLVM

De Polyphemo Virgil. lib. 3. Æneid.

------Summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem
Pastorem Polyphemum & littora nota petentem,
Monstrum horrendum, informe, ingens cui lumen ademptum,
Trunca manum pinus regit.

EXEMPLVM

De Bronte, Sterope, & Pyragmone.

De his Virgilius ibidem.
cernimus astantes nequicquam lumine toruo
Ætnæis fratres cœlo capita alta ferentes.
(Concilium horrendum) quales cum vertice celso
Aeriæ quercus aut coniferæ cyparissi
Constiterant.

EXEMPLVM

De Turno.

De quo Virgilius lib. 10. Æneid. quod cum concurrerent Pallas & Lausus, soror alma Iuturna

Iuturna monet ſuccurrere Lauſo Turnum, cuius ingens corpus ſtupet,& ex ſubſeqq. eundem Pallanta nec adeò fuiſſe paruum patet,quando dicit Virgilius:

Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit atque ita fatur:
Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile ferrum:
Dixerat,ac clypeum tot ferri terga, tot æris
Cum pellis toties obeat, circumdata Tauri
Vibranti cuſpis medium transfixerat ictu
Loricæque moras & pectus perforat ingens.
& infra:
—rapiens immania pondera baltbei.
de quo & lib.12.

Infelix baltheus ingens.

Et Turni immanitatem & feritatem magis deſcribit Virgilius cum ibi ſimilitudinem à leone capiat. ibi,

—Vtq; leo ſpicula quum vidit ab alta
Haut alia eſt Turni venientis imago.

Seru. quod prius ad currus altitudinem ſpectat leo ad Turni violentiam & feritatem,qui & reliquos omnes cedere iuſſit.Solus ego inquit in Pallanta feror, ſoli mihi Pallas debetur. Pallantem Tauro comparat, vt ex hoc iam præuideri poſſit, cuius dicturus ſit proueniſſe victoriam. lib.12. tamen circa fin. magnitudinem Turni plenius deſcribit.

Saxum circumſpicit ingens
Saxum antiquum ingens campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis,
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Vbi expreſſe notat ipſum Gigantem fuiſſe duodecim virorum robore præſtantem.

Exemplvm

De Pallante.

TEmpore Henrici 3. Imperatoris Romani Anno Chriſti 1057. referunt hiſtorici vt Vincentius hiſtoriarum lib.25. c.34. Nauclerus ſub Henrico tertio. Bonfin. decade 2. & Langus Chronic.Citiz.Krantzius Metropolis lib.4.cap. 15. Romæ in via laurentina inuentum fuiſſe Gigantis Pallantis corpus, cuius longitudo muros vrbis altitudine æquabat, cuius facies quatuor cum dimidio pedes lata, inuentum quoque vulnus in pectore longum pedes quatuor: Comperta quoque eſt lucerna, adhuc ardens ad caput, quæ nullo aſpergine liquoris, aut flatus poſſet extingui: Quidam tamen ſolertiſſimo ingenio ſtylo ſubitus flammam foramen fecit, moxque introducto aere ignis euanuit. Inſcriptio buſto erat:

Filius Euandri Pallas quem lancea Turni
Militis occidit, mole ſua iacet hic.

Exem-

EXEMPLVM

De Gigante Lycurgo.

POst mortem Noa extiterunt potentes Gigantes, qui subiugabant homines, & apud fluuium Sauum surrexit Gigas Lycurgus, & expulit duos dominos Seiphul & Mopser, qui fugerunt vltra Danubium in Germaniam ad tertium regem Germanorum Ingeuonem, vt refert Auentinus lib. 1. Chronic.

EXEMPLVM

De Magno Christophoro.

PIngitur in plerisque Ecclesiis ingentis staturæ Christophorus, puerum in humeris portans. Mythologice significat imaginem veri Christiani Doctoris & confessoris: Quilibet n. Christianus Christophorus esse debet, nempe Christum in hoc vasto pelago mundi, & veram religionem Christianam forti fide portare & contra omnes fluctus maris constanter ad portum deducere, Goldtwurm in fastis Ecclesiasticis fol. 201.

Christum Christophorus fert: hoc est ore fatetur
Christus Christophorum firmat amatque, beat.
Quid tu magne Gigas parui sub mole puelli
Subcidis, & proni deficiunt humeri?
Et natum & matrem vel debilioribus vlnis
Portat anus nunc te fortior Anna viro.

EXEMPLVM

De Rolando.

FVit Rolandus Caroli Magni ex Bertha sorore nepos, cuius plus quam heroica manauit ad posteros fortitudo, insignis & ingentis staturæ, id quod innuit magna illa moles Rolandi, quæ in plerisque liberis vrbibus visitur. Periit autem ille vir fortissimus post ingentem suorum stragem, nec ferro, vt aiunt, sed siti, Fuit idem Rolandus Blauii comes & Anglerij ex Milone Anglerio patre natus, & Blauii sepultus cum gladio ad caput & cornu ad pedes suspenso. Moles eius est Imperatoriæ libertatis monimentum. Stat Magdeburgi in medio foro sub dio nullis cancellis aut impedimentis inclusus. Et pulcherrimæ statuæ additæ sunt, hæ sequentes inscriptiones, quas propter antiquitatum studiosos adiicere libuit.

Rolandum vix vetustate agnitum
Consules D. Iohannes Schyringus artium
Et V.I.D, &c. Et Do. Haine Altman
S.P.M. Expensis renouari ac restaurari
Curauerunt anno Domini 1539.

Stabat & Halæ apud Saxones Rolād. Imp. Libertatis signum in foro, sed tecto nunc ac cancellis apparet inclusus. Causa amissæ huius libertatis erat discordia ciuium Halensium. Gregor. Gritschius in descriptione Salæ de Hala & Magdeb. refert Camerarius Franciscū I. Regem Gallia-

liarum monumentum eius cupiditate co-
ɔſcendi, an vera eſſent, quæ de illo ſpargeren-
, aperiri iuſſiſſe, oſſaque eius vna cum arcu
rida, verum panopliam & arma licet ærugine
luᵭta, integra tamen reperta fuiſſe. Hæc re-
n induiſſe, quæ ita ſuis artubus conuenientia
rint, vt manifeſto apparuerit regem Franci-
m non multum ſtatura ſuperaſſe. Ap. Mat-
eum & cæteros Britannicæ hiſtoricæ ſcripto-
: reperio Guilielmum Lugdunenſis ſecundæ
ɔminum, quæ Normania hodie eſt inſtruᵭta,
n acie aduerſus Haroldum regem Anglorum
ciniſſe Rolandi carmen, quo militum ſuo-
m animos ad pugnam accenderet. Dãtes Ali-
ius inſignis poeta de Rolandi Eburtæo cor-
de Francorum cæde multa cecinit, vt teſtatur
apirius Maſſonus Annal. Franc. lib. 2.

E x e m p l v m

De Thyrſi & Gigante Haymone.

IN Comitatu Tyrolenſi prope Oenipontum eſt monaſterium nomine Wiltauium, ordinis olim Benediᵭtini, nunc Præmonſtratenſis, in quo oſtenditur Gigas ingentis & ſtupendæ magnitudinis nomine Haymon. Cuius ſepulchrum pedes quindecim longum, leguntúrque ibidem inter cæteros hi verſus,

Supra octingentos à Chriſto & ſeptuaginta
Annus & octauus cum moreretur, erat.



Vnde vides grandem tumuli sub imagine formam
Ex ligno prisci quam posuere patres
Aspice ferrato regem dormire cubili
Corpore quod cubitos æquat atroce nouem.

In ipsius historia legitur ipsum ex tractu Rhenano eo accessisse, & ad eius aduentum alium quendam Gigantem aufugisse, qui habitauit in Seeueld, vbi amodo ingens miraculum prope altare in præclaro templo S. Osbaldi videtur. Optimè descripsit istius Gigantis historiam Christophorus Guilielmus Putschius ab Hacring in descriptione monasterij Wilthinensis Brixiensis Diœceseos:

Fortè habitabat in his alius truculentior oris
Cyclops qui dictus nomine Thyrsis erat.
Thyrsis erat dictus; Seeueldia rura colebat
Hic vbi prodigium cernitur vsque sacrum.

EXEMPLVM

De Gigante Andromedo.

Refert Bernhardus à Breidenbach in Itinerario suo ad terram sanctam Iaphæ ingentis magnitudinis catenam videri, qua Gigas Andromedus dictus vinctus tenebatur, cuius costa quæ adhuc ibi cernitur 41. pedes longitudine habet.

EXEMPLVM

De Gigante in Creta.

Cribit Plinius terrę motu aliquando motum & concussum fuisse in Creta montem & prosse corpus humanum quadraginta cubitorũ. niliter scribit Sabellius ante paucos annos calriam hominis exhumatam magnitudine dom ingẽs superantem, prout refert Munsterus lib. 4. Cosmogr. c. 96. De Insula Creta.

EXEMPLVM

De Gigante Bohemo.

Nno 785. in vrbe Tetina Bohemiæ incola quidam cellam fodere cepit & inuenit ingens ipra modum caput, quod duo viri vix complei potuerant, & penè omnia eius ossa etiam inenta fuere. Tibiæ longæ fuerunt viginti sex pees. Quæ omnia Tetinam in arcem allata & spetaculo suspensa fuerunt. Teste Wenceslao Haeccio in Chron. Bohem. de Mnata duce Bohe. ag. mihi 36.

EXEMPLVM

De Gigante Boiogero.

MEminit Auentin. se in puetusto libro cãtionẽ repisse in vetusta lingua Germanica scriptam de Gigante nomine Boiogero. Ipsũ post diluuiũ

ex Scythia & Armenia magna hominum caterua & filio suo Iugermanno in Germaniam venisse, ad eum locum vbi Oenus Danubio miscetur, ibique munitionem nomine Bojodurum ædificasse, quod idem sonat ac Boiorum Turrus, quæ vrbs deinde ab Romanis fusis Bauariis, Batauia dicta fuit, & eundem Boiogetum in Martiana sylua vbi Bohemia sita vrbem ædificasse, quam Boios manuum appellauit. Mordobous verò Marcomannorum & Sueuorum Rex, qui Boios ex Bohemia fugauit iuxta nomen suum Mardoboum nominauit. Slaui verò qui Marcomannos iterum ex Boemia pepulere, dixere Pragam, vt hodie etiamnum vocatur.

EXEMPLVM

De Gigantibus Britanniæ.

IN Britannia vel Anglia olim quoque Gigantes fuisse testantur versus, quos Cambdenus ex antiquo poeta ita refert.

———Titanibus illis
Sed paucis famulosa domus, quibus vda ferarum
Terga dabant vestes: Cruor haustus, pocula trunci,
Atra lares, dumeta thoros; cœnacula rupes,
Præda cibos: raptus Venerem; spectacula cædes,
Imperium vires, animus, furor, impetus arma,
Mortem pugna, sepulcra rubus: monstrisque gemebat
Monticula tellus, sed eorum plurima tractus
Pars erat occidui terror maiorque premebat,
Te furor extremum Zephyri cornubia limen.

Exem-

EXEMPLVM

De Oreste.

ORestis corpus oraculi iussu effossum, cubitorum septem fuisse historici tradunt.

EXEMPLVM

De muliere immensæ longitudinis.

ANno 411. Romę fuit mulier immēsæ longitudinis instar Gigāti breuis staturæ oranentibus omnibus admiratione, Chron.à o Christo, ad ann.1542.

EXEMPLVM

De Pusione & Secundilla.

Olinus admirabilius quiddam narrat cap. 4.licet (inquit) plerique definiant nullum Te excedere longitudinem septem pedum, od intra hunc modum Hercules fuerit: dehensum est tamen Romanis temporibus sub io Augusto, Pusionem, & Secundillam denos les, & amplius habuisse proceritatis, quorum iquiæ adhuc in conditorio Salustianorum vintur. Postmodum Diuo Claudio Principe lbarum nomine ex Arabia aduectum, nouem lum, & totidem vnciarum, sed ante Augum annis mille ferme, non apparuit forma iusmodi, sicut nec post Claudium visa est:

Scripta ex antiquitate memorias arcessunt, vt in fidẽ veri, quibus receptum est, quod bello Cretico, cum elata fluuiali impetu, plusquam vi amni ca inuecta, terras rupissent, post discessum fluctuum, inter plurima humi dissidia, humanum cadauer repertum sit, cubitorum trium atque triginta, cuius inspectandi cupidine L. Flaccum legatum Metellum etiam ipsum impendio admodum captos miraculo, quod auditu refutatant, oculis potitos.

Exemplum

De puella immensæ longitudinis.

ISidorus Etymolog. lib. 11. c. 3. fatetur reperiri homines duodecim pedum: Sed liber de natur. rerum admirandam quandam scribit mulieris proceritatem his verbis: In occiduis (inquit) partibus reperta est puella, quam vndæ fluuiorũ gurgites ab Oceano terris adduxerint, ignoratur, in capite vulnerata & mortua, quæ 50. cubitorum longitudinis erat, & inter humeros quatuor latitudinis, & induta clamyde purpurea. Quæ res fidem excedere videtur, attamen illi subscribit Vinc. histor. natur. lib. 31. c. 125.

Exemplum

De Muliere Thrace.

ANtetioribus seculis, nempe sub Iustino Thrace mulier quædam é Cilicia instar Gigantis fuit,

cum proceritate corporis, tum aliorum mē-um proportione; nam supra quamuis pro-s viros integrum cubitum eminebat, pectore humeris supra modum latis, cum & cætera ıia, vt vox, vt facies, brachiorum & cubito- firmitas ac magnitudo & digitorum crassi-ɔ, & reliqua longitudini & latitudini re-ıderent. Zonaras in Iustino.

EXEMPLVM

De Gigantibus Indiæ.

MEla lib.3.c.4. Tantæ scribit proceritatis, apud Indos reperiri homines, & corpore o ingenti, vt elephantibus etiam ibi maximis t nos equis facile, atque habiliter vtantur; i lib. de natur. rerum subscribit adstipulante centio natur. Spec. lib.31. c.126.

EXEMPLVM

De Æthiopibus Syrbotis.

Olinus cap.32. Æthiopes, (inquit) Syrbotæ longi sunt ad pedes duodecim; Asathæi ca-ıs venationibus Elephantos deuorant; quin ım c.35. Quidam (ait) Indiæ populi, adeo pro-i sunt, vt Elephantos veluti equos facillima ıltatione transiliant. Atque etiam cap.54. Taprobanæ homines corporum magni-tudine alios omnes an-tecedunt.

EXEM-

EXEMPLVM

De Gigantibus Armeniæ.

SEd & fęculo hoc noſtro prodidere ij, qui orbem perluſtrarunt, Gigantes viſos: Antionius enim Pigafetta apud Canibales Armeniæ teſtatur viſum à ſe Gigantem, qui ſupra noſtrates homines à cingulo emineret: Quin idem ſcribit ad fretum Megellanicum ſub polo Antartico ſeſe vidiſſe Giganteos populos, quorum ceruix ad brachij dimidium longitudine protenditur.

EXEMPLVM

De Gigante Artheno ab Helſyngia.

OLaus Magnus lib.5.c.2. & Saxo Grammaticus hiſtoriæ Danicæ lib. 7. ſcribunt, Harthenum ab Helſyngia in Aquilonari plaga Gigantem fuiſſe, cuius proceritas nouem perficeret cubitos, Danicam enim regionem Gigantibus olim cultam teſtantur ſaxa veterum buſtis & ſpecubus affixa, quæ cum in planis difficile mobilia comperiuntur, qualibet arte inuſitato humano robore ad montium ſublimium vertices ferri oportuit, vt Saxo idem memorat.

EXEMPLVM

De Gigante Boreali.

NOuiſſime Laurentius Surius in Commentario ſub anno Dom. 1511. Gigantem prodi-

iosæ vastitatis extitisse narrat his verbis: Ma-
ilianus (inquit) Cæsar, comitia indixit apud
gustam, vbi illi oblatus est vir quidam prodi-
sæ vastitatis & crassitudinis, atque incredibi-
ngluuiei, ita vt integrum vitulum crudum
ouem incoctam vna vice deuoraret: & ta-
n nec dum famem expletam diceret: ferunt
minem Borealibus Regionibus ortum fuis-
vbi ob locorum frigora, solent esse homines
aciores, quamquam huius edacitas propemo-
m incredibilis videri posset. Hæc ille.

EXEMPLVM

De Gigantibus in vrbe Paquin.

REcentius narrat Melchior Nuguetz Iesui-
ta literis suis, quibus Sinarum res comple-
s est. Tradit enim in regia vrbe Paquin por-
um custodes esse Giganteæ quindecim pe-
m. Quin idem Melchior an. Dom. 1555. suis li-
is aliis testatus est. Sinarum regem quinquen-
s huiusmodi Gigantes alere corporis sui cu-
des.

EXEMPLVM

De Gigante Antonio Syro.

Vgustini seculum, nempe sub Theodosio, in
Syria tulit hominem supra humanam natu-
m magnitudine excedentem: In longitudi-
m enim cubitorum quinque, & vnius palmi
excre-

excreuerat, quamuis pedes eius reliquę corporis magnitudini proportione non responderent, introrsum enim intorti, & vari erant; illi nomen erat Antonio, vixitque annos viginti quinque: hæc Nicephorus lib. 12. c. 37.

EXEMPLVM

De Oßibus Gigantum Puteolis:

PVteolis in Campania visuntur ossa stupendæ magnitudinis, cum hac inscriptione, cuius autor perhibetur Pomponius Lætus.

Huc quicunque venis stupefactus ad ossa Gigantum
Disce cur Hetrusco sint tumulata solo.
Tempore quo dormitis iam victor agebat Iberis
Alcides captum, longa per arua pecus.
Colle Dicæarcho clauaque arcuque Thyphones
Expulit, & cessit noxia turba Deo.
Hydruntum petiit pars, & pars altera Thuscos;
Interiit victus terror vterque loco.
Hinc bona posteritas immania corpora seruat
Et tales mundo testificatur auos.

EXEMPLVM

De dente Molari Gigantis.

S. Augustinus dicit se vidisse in littore Vticensi molarem dentem adeo magnum, vt dissecta ad formam & magnitudinem vsitatorum nostra ætate dentium centuplo maior facilè iudicari

ari potuerit.lib.15.de ciuit.Dei c.9. addit au- a Augustinus causam, Deum quosdam inter- n homines tam vastis corporibus nasci vo- se, vt nobis videlicet testatum relinqueretur, a pulchritudinem corporum quam etiam sta- æ magnitudinem viresque carnis non esse in nis præcipuis ponenda, cum ea non minus piis quam piis sint communia.

EXEMPLVM

De Antæi Gigantis ossibus.

Cribit Gabinius Romanus historicus sese in Mauritania vidisse Antæi ossa longa sexagin- cubita, vt habet li. 17. Sed Strabo eridet eum, anquam Gabinius sibi in testem protulerit rtorium etiam ciuem Romanum. Tametsi raboni id non arrideat, Plutarchus tamen id irmat Sartorioque consentit, vt Fulgosus ha- t lib.1.c.6.

EXEMPLVM

De ossibus Oristidarum.

Olinus c.13. In Macedonia Oristidæ popu- li (inquit) illic si quando accidit, nymbis rrentes excitantur, & aucta aquarum ondera, ruptis obicibus valentius se in cam- os ruunt eluuione, ossa etiam ferunt nunc etegi, quæ sunt ad instar corpo. [illegible]

ſed modo grandiore, quæ ab enormem magnitudinem monſtroſi exercitus iactant extitiſſe: Idque adiuuatur argumento ſaxorum immanium, quibus oppugnatum cœlum crediderunt.

EXEMPLVM

De Gigante in Drepano Siciliæ.

IN Drepano vrbe Siciliæ Iohannis Bocatij ætate inuentum Gigantis corpus, cuius dentes ſinguli trium librarum comperti ſunt, in tanta ariditate, quam temporis diuturnitas attulerat: eius rei teſtis eſt idoneus & oculatus ipſe Bocatius, vt Fulgoſus tradit lib.1.c.6.

EXEMPLVM

De Gigante Inſulæ Fortunatæ.

SAncto Maclouio Epiſcopo Britanno Inſulæ Fortunatæ Gigantis corpus ſepultum immẽſum ediderunt. Eo etenim ſerendi Euangelii cauſa profectus Maclouius, refoſſo quodam ſepulchro, competit corpus occupans ampliſſimum ſpatium, illi ac comitibus admirandum: Sanctus igitur cadaueri iuſſit reſurgere in vitam: paruit ille, multa de rebus arcanique alterius ſeculi diuinis Maclouium edocuit: ac ſuſcepto baptiſmate etiam diu ſuperuixit, vt Vincentius tradit libro 21. cap.97.

EXEMPLVM

De Gigante Narbonensi.

GAllorum rege Carolo septimo in Montanis Narbonensis Galliæ iuxta Valentiam, refosso sepulchro Rhodani fluuii aquis, inuentum cadauer, cuius dimensio triginta pedes impleuit, oculatum se eius rei testem asserit Fulgosus lib.1.c.6.

EXEMPLVM

De Gigante Angliæ.

ANno 1171. in Anglia alluuione fluminis retecta sunt humani olim hominis ossa adhuc ordine composita, longitudo totius corporis inuenta est longa ad pedes 50. Id recolit eius seculi scriptor Robert. Ment.

EXEMPLVM

De Incolis Australis Insulæ.

EX Iambulo scribit Diodorus in Australi quadam Insula Iambolum comperisse, incolas nostratibus corporibus quaternis cubitis longiores esse: auget admirationem, quod tradit illorum ossa non esse duritie solida, sed flexibilia, perinde ac nerui esse solent: Linguam quoque bifidam illis esse ab ipsa faucium radice, adeo, vt singulis partibus simul eloquantur altera vni,

alteri alii. Id scribit Diodorus lib. 2. Ramus recolit tom. 1.

Exemplum

De Gigante apud Magnum Cam.

TRadit Odericus posterior ante fin. ante annos 300. abhinc apud Magnum Cam spectasse se Gigantem proceritatis 20. pedum.

Exemplum

De infante quadrimo pari.

FRusinone natus est infans quadrimo par, quanquam nullam ad Gigantis proceritatem rationem habet: quandoquidem prodigiosum non est Gigantes parere infantes nostris quadrimis infantibus maiores. Sed prodigiosum fuit, quod ab vtero editus quadrimi ætatem pereg isse videretur, natus à nostrate mensura. Id tradit Liu. dec. 3. lib. 7.

De multis aliis.

Multi alii fuere Gigantes, quos magnitudinibus decantauit antiquitas, vt Sigon. Goffredus, Dentatus, Oriandus, Rugerus, Rodomontes, Sigfridus Corneus, Woltardus, Idsunus monachus, item fœminæ Bradamantes & Marfisa, de quibus videantur historiæ illorum.

Cap.

CAPVT

ire nostra secula non ferant eiusmodi corpora?

Iretur autem quis quare hodiernis tem-poribus tam robusti homines non inue-ur. Respondet Binsfeldius in de confess. ficarum lib. cũ nihil afficiatur &c. conclus. in. Quia per intemperantiam & ignorantiã num natura est valde corrupta & morbis a & res naturales præsertim, cum etiã terra at à prima sua integritate, non sunt tanti s & virtutis, sicuti in principio creationis, post rerum creationem ex diuina disposi-omnia erant maioris perfectionis: Com-hominum fortior & constantior, ac cœli ntia salubrior, allegat ad eam materiam sc. Victor. in relict. de arte Magica in solut. ion longè à fin. & Iosephum Angles in q. mater. o ctaua difficult. Accedit hodierni ris luxuria & lasciuia, quæ naturam haut erfectum quidpiam gignere, quod & per-uo tempore Horat. Od. 3.

Audax omnia perpeti
humana ruit per vetitum nephas.
udax Iapeti genus
n fraude mala gentibus intulit.
ost ignem ætheria domo
uctum, macies & noua febrium
erris incubuit cohors.

Semotique prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.

Vnde & Plinius secundus Doctissimus homo prout allegat eum D. Augustinus supra d. loco. Quanto magis magisque præterit sæculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur. Quod etiam Homerum commemorat sæpe carmine fuisse conquestum. Non hæc velut Poetica figmenta deridens, sed ita historicam fidem tanquam miraculorum naturalium scriptor assumens.

De Pygmæis.

Scribit Albert. Mag. Pygmæos hominibus figura esse similes, longitudine cubitales rectos incedere, & in fine tertij anni incipere generare, in octauo autem mori, cum gruibus in eos ingruentibus certare, nempe quia corrumpũt eorum fruges, equitare equos pusillos & imperfectè loqui. Homerus quoq; initio tertij libri Iliados pygmæos gruibus infestari significat, dum comparatione gruum in pygmęos ingruentium Troianorum & Græcorum incessus in prælium illustrat. Plinius verò lib. 7. histor. natur. c. 2. hæc de Pygmæis scripta reliquit. Fama est insidentes arietum caprarumque dorsis armatos sagittis veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullosque earum alitum consumere: Ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gressibus non resisti. Casas eorum luto pennisque & ouorum putaminibus

con-

construi. Iuuenalis Poeta certamen Pygmæorum cum gruibus ita narrat.

Ad subitos Thracum volucres nubemque sonoram
Pygmæus paruus currit bellator in armis
Mox impar hosti, raptus per aera curuis
Vnguibus à sæua fertur grue: si videres hoc
Gentibus in nostris risu quatiore: sed illis
Quanquam eadem assiduè spectentur prælia ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

Iohannes Tinnulus in Viridario Philosophi- Glottochrysio 2. de Pygmæis ita. Pygmæi di- funt à nomine πυγών, id est, πύγος quasi γυαῖος, quod cubitales ferè sint & ternos do- antes non excedant.

Vtrum sint nec ne multis non videtur esse bitandum, cum & Homerus & Aristoteles, Plinius eorum meminerint. Sed tamen tota na nauigatio, quæ totum circuiuit orbẽ, nus- m eos reperit. Vtcumque sit alii hac de re l sentiendum sit, accuratius viderint, nobis æsentia satis erit inquirere. Vtrum pygmæi ra homines sint. Sed si prius quid sit homo iter dixerimus. Marsilius Ficinus in argu- to in Alcibiadem primum Platonis, Homo it est anima rationalis mentis particeps cor- vtens. Quod etiam colligitur ex Auerroe poster. analyt. Commentario 29. vbi vult nem quatenus homo est, non esse animal, tionis participem Addunt alij mortale.

quoniam ſecundum Platonicos & dii,id eſt, dæmones rationales ſunt. Dicit Ariſtoteles lib.8. de hiſtoria animal.c.12. Pygmæos eſſe genus quoddam puſillum & ipſos & equos, quod degit in cauernis, vnde Troglodytæ dicti ſunt. Incolunt autem paludes Ægypto ſuperiores, vnde Nilus profluit, ad quos grues ex Scythicis campis deſcendunt & cum pygmæis pugnant. Hic notare libet errorem Theodori Gazæ, qui interpretatur pygmæos genus eſſe hominum, quod in Græcis codicibus non legitur, qui ſic habent.

οὐ γάρ ἐστὶ τοῦτο μῦθον ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν γένος μικρὸν μὲν ὥσπερ λέγεται καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι, hoc eſt,

Non enim eſt hoc fabula, ſed eſt ſecundum veritatem genus paruum quidem ſicut dicitur, & ipſi & equi. Gaza verò ſic interpretatur: Non enim id fabula eſt, ſed certè genus tum hominum, tum etiam equorum puſillum vt dicitur eſt. Sed perperam addit hominum. Notare etiam libet errorem Iacobi Philippi Bergomenſis, qui non rectè diſtinguit Troglodytas à Pygmæis quaſi aliud animalium genus. Tinnulus ibid. Videtur nonnullis exiſtimare Ariſtoteles, Pygmæos eſſe homines, cum eoſdem vocet hominum genus (ſed vt paulo ante notatum) mala Theodori Gazæ interpretatio eos in errorem duxit. Magis in rem facit Homeri auctoritas, qui Pygmæos viros appellat, cum dicit Grues viris Pygmæis cædem & mortem afferre, volantes ad Oceani fluxus.

Κλαγγῇ γεράνων ταί γ᾽ ἐπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων,
Ἀνδράσι πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.

Hucaccedit quod vtcumq; loquuntur,quod
ninis videtur esse proprium. Armati præterea
quitantes ad bella incedunt, & casas sibi ædi-
nt, & vtcunq; politice & veluti remp. colen-
uunt. Sed ex aduerso Albert Mag cui as-
t Augustinus Suessanus, vult pygmæos non
homines,sed simiarum genus, neque enim
unt ratione duce viuunt, neque iustitiam
nt neque reipub.gerendæ idonei sunt Qui-
ccedit, quod omnis religionis sunt exper-
Deum autem aliqua ratione venerari maxi-
ominum interest.

E X E M P L V M

De Admirando quodam pusillo.

narrat Niceph. lib.12. c.37. in Ægypto na-
s est homo infra incredibilem staturæ bre-
m consistens,sub Theodosio, ac talē quo-
ostra ætate vidi ipse quod monstro habitū,
breuis admodum staturæ mulieri in lucem
:Ægyptius tam breuis fuit, vt perdici simi-
t, neque ingratum spectaculum erat, si cū
globo(hominum scilicet)conuersaretur &
tentionem excitatus colluderet: Porro qđ
ile dictu est.prudentia ei inerat, qualis ho-
ormoso competit;quippe cui corporis exi-
ea de re nihil ademisset, vox à Musis non
rebat,sermo mentis generositatem spectā-
shibebat, non vixit ad annos 25.

CAPVT

De Hermaphroditis.

HErmaphroditi ſunt qui vtroque ſexu naſcuntur. Et huius generis homines quandoque fuerunt in Africa ſeu Barbaria iuxta limites Ægypti vltra Naſemones, qui circa Angelam habitant. Notandum autem eſt, ſecundum Michaelem Scotum in Phyſionom. c.7. quod ſi ſemen ſit multum & intret in omnes ollulas matricis, & ibi debito conſeruetur, ſeptem filij generantur, & ſeptimus eſt Hermaphroditus, ſcilicet qui in medio generatur.

Quaritur cui Hermaphroditus comparandus?

Dubitatum fuit in iure de Hermaphrodito. Sic enim Vlpianus lib. primo ad Sabinum. in l. 10. D. de ſtatu hominum. Quæritur Hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto eius ſexus æſtimandum, qui in eo præualet. Hinc Paulus lib.2. ſentent. in l.15. Hermaphroditus an ad teſtamentum adhiberi poſſit, qualitas ſexus incaleſcentis oſtendit. D. de teſtibus, & idem Vlpianus lib.3. ad Sabinum l. 6. Hermaphroditus planè ſi in eo virilia præualebunt poſthumum hæredem inſtituere poterit. D. de liber. & poſthum. Veteribus non in monſtris fuiſſe id argumento eſt, quod in deliciis plerumque habiti. Plin. Sub Innocentio III. hæreſis orta, quæ affirmabat, ſexus non futuros diuiſos, ſi peccatum Adæ non interueniſſet. Martinus Polonus

in Innocentio III. Quamobrem Androgyni seu Hermaphroditi pro monstris haberi nolunt, cum tamen præ cæteris longe magis monstra sint. Esse gentem huiusmodi nonnulli haud cõtemnendæ authoritatis scriptores tradidere. Nam supra Nasamones confinesque illis Machlias Androgynos vtriusque esse sexus, interse vicibus coeuntes Calliphanes tradidit. Aristoteles quoque addit, dexteram manum iis virilem esse, læuam muliebrem, scribit Plinius 7. lib. .2. cui etiam accedit Aul. Gellius lib. 9. cap. 4. & Isidorus lib. 11. c. 3. Et ipse S. Augustinus reperiri huiusmodi monstra (perraro tamen) fatetur lib. de ciuitat. Dei 16. c. 8. Verum ne laudem sibi arrogget turpissimum hoc hominum genus ab illis Geneseos verbis, idem Sanctissimus Augustinus de Genesi ad literam lib. 3. cap. 22. sic respondet: Nequisquam arbitraretur ita factum, vt in homine singulari vterque sexus exprimeretur, sicut interdum nascuntur, quos Androgynos vocant: ideo pluralem numerum continuo adiecit, dicens: fecit eos & benedixit eos.

De mutatis in Sexu.

Contingit interdum fœminas in mares mutari: nunquam vero mares viri in fœminas mutantur repugnante scilicet natura, quæ semper etiam dignius & indigniori resistit, nec fabulo. hoc est. Est enim clarissima & vera Hippocratis & Galeni sententia habere etiam mulieres suos testiculos & genitalia æque ac viros, at-

quæ id non minus etiam quam viros castrari posse, quemadmodum eas in Lydia castrari affirmat Alciatus in L. Spadonum D. de v. s. & lib. 4. antiq. Lect. in c. 10. & lib. 20. cap. 14. quamuis in maribus genitalia membra propter caliditatem expellantur, in fœminis verò propter frigiditatem intus retineantur. Plures ita conuersæ leguntur.

EXEMPLVM

De Phætusa Pythæi vxore.

HIppocrates scribit Phætusam Pythæi vxorem in marem fuisse conuersam, barbam, hirsutum corpus & vocem asperam habuisse.

EXEMPLVM

De Namysia Georgippi vxore.

IDemque Namysiæ Georgippi vxori in Thasio accidisse Plin. libro 7. natur. histor. cap. 4. inquit.

EXEMPLVM

De Cassino.

LIcinio Crasso & Caio Cassio Longino Coss. ex virgine puerum effectum Cassinum appellatum: quod etiam confirmat Gell. lib. 9. Noct. Attic. c. 4.

EXEM-

EXEMPLVM

De Viro Spoletano.

uius lib. 4. ſecundi belli Punici Q. Fabio
Maximo & M. Claudio Marcello Coſſ. ai
:ti virum ex muliere factum fuiſſe.

EXEMPLVM

De Areſuſa.

Icius Mutianus prodit Argis vidiſſe Areſ
uſam mulierem maſculum Ariſcontem
latum euaſiſſe, barbam emiſiſſe ac vxorem
ſe, & Smyrnæ ſimilem puerum agnouiſſe.

EXEMPLVM

De Lucio Coſſorio.

in Aphrica nuptiarum die Lucium Coſſo-
ium ciuem Tisdridanum ex fœmina in ma-
uiſſe conuerſum.

EXEMPLVM

De Martha Paceheca.

atus Luſitanus medicus cenſ. 2. curatione
ſcribit: In Luſitania in oppido Eſueica Mar-
Pacehecam primorum menſtruorum loco
um emiſiſſe & ſic in marem verſam virilem
n ſumſiſſe, Emanuelem appellatam, qui ad
s profectus, poſtea diues & clarus in patriam
ſus, vxorem duxit.

EXEMPLVM

De Francisca & Carola Neapol.

BAptista Fulgos. in libr. rer. memor. scribit Neapoli regis Ferdinandi tempore Ludouicum Guernum, ciuem Salernitanũ, quinq; habuisse filias, quarum primas Franciscam & Carolam cum ad decimum quintum annum peruenissent, virilia amisisse, vnde mutato habitu, Franciscum & Carolum fuisse appellatos & pro maribus tractatos.

EXEMPLVM

De puella alia Neapol.

IDem Fulgos. dicit, sub eodem rege puellam prima nocte qua cum viro suo concubuit genitalia membra protulisse, domumque reuersam in iudicio dotem suam repetiisse, & exinde marem fuisse habitum. De alijs fœminis in mares conuersis scribit Marcellus Donatus lib. 6. de medica historia mirabili, vt testatur Ioh. Benedictus in tract. de furt. §. animo lucrandi. n. 207. Matthias in memorab. mundi. p. 1. fol. 46. Gregor. Rolbag. in certam. mascul. fœmin. in acie virili cap. 8.

EXEMPLVM

De muliercula Cajetana.

REcenset Io. Pontanus de reb. cœlest. lib. 10. c. 5. se vidisse & perquam cognitum etiam ab eru-

uditis viris habere: Caietana muliercula vi-
ſcatori nupta, cum quo annos complures
eris res miſcuerat, vt Antonius Panhormita
toris amicus referre adoleſcentibus ſolitus
oſt quartum decimum annum è muliere iñ
m tranſiit exorto repente in muliebris na-
loco virili pene. Quo facto quod conditio-
erpuderet ſuæ, vt qui à viris pariter mulie-
ſque rideretur, è ciuili vita ad vitæ genus re-
ſum tranſiit, vixitque in monaſterio, in quo
eum nouit, vitæ ſuæ reliquum: ſepultuſ
eſt Romæ in Mariæ ad Mineruam templo.

EXEMPLVM

De Æmilia.

.iud exemplum idem refert de Æmilia mu-
ata in virum, & addit. Hos naturę cœleſtium
agitationum effectus mirari magis poſſu-
s, quam quomodo fiant, eorum rationem
gillatim reddere. Seuerinus Pinæus Carnu-
tis Pariſiis in chirurgia Magiſter primus, pla-
non credit ſexus mutationem ſeu filiæ in fi-
m conuerſionem in tract. de Notis Virgini-
s, problem. 2. pag. mihi 56. quo beneuolum
ego lectorem.

EXEMPLVM

De adoleſcentula ſub Alexandro 6. P. M.

Ccedit quoque iis id, quod Alexandro ſexto
Pontifici Maximo ſupplicibus libellis fuerat
expo-

expositum. Adolescentula enim cum ad nuptias transiisset, in virum euasit, quamobrem absolutionis & expiationis causa simul & dispensationis Pontificem adiit, & diploma exorauit, vt testatur Volaterranus lib. 29. tit. de vesica in fine.

De infantibus Galeatis.

Solent quandoque infantes nasci, vt caput infantis quasi galeatum appareat, vulgus belgicum vocat. Nam fœtus maternus in vtero materno tribus membranis inuoluitur; quarum prima dicitur χόριον seu secundina: alia verò à farciminis forma ἀλλαντοειδὴς, tertia à mollitie ἀμνίος. Hæ duæ posteriores aliquando cum fœtu erumpunt, sic vt facies ac caput infantis quasi galeatum appareat.

EXEMPLVM.

De Imperatore Diadumeno.

HÆc mēbrana cognomē tribuit Imp. Diadumeno, & Causidici Romani multa pecunia inuolucrum istud emebant, se illo ad causæ victoriam iuuari multum arbitrantes. Lamprid. in vita Diadumeni. Ex huius tegminis colore rubicundo vel liuido fortunam infantis aniculæ vaticinātur. Hęc Ἀμνιομάντεια vocitatur, de cuius vanitate legendus Leuinus Lemnius de occult. natur. mirac. lib. 2. c. 8.

EXEM-

EXEMPLVM

De Ferdinando Dauało.

l & Iouius nequid superstitionis omitteret
mis huiusmodi vanitati pro Episcopo de-
n Ferdinandi Dauali natiuitate lib.1.pisca-
usmodi pelle inuolutum ex vtero produxisse
derauit.

E INFANTIBVS NV-
tritis ab animalibus.

EXEMPLVM

De Ioue Dictæo infante ab apibus nutrito.

turnus liberos suos quam primum natos
euorare assuetus erat. Rhea vxor eius Iouis
er dissimulabat partum, pariebat Iouem sine
itia Saturni, dabatque Curetibus, qui citra
item Dictæum habitabant, custodiendum,
quando Saturnus foris præteribat, tympanis
angore sonitum dabant, ne vagientem in-
em exaudire quiret, apes persequebantur
itum, nutriebantque Iouem fauo suo. Ideo
tur Iupiter eas adeo ingeniosas reddidisse, vt
ar reipublicæ ordinatæ viuant & regant.

EXEMPLVM

De Romulo & Remo à lupa nutritis.

Omulus & Remus côditores Romæ & Vesta-
li Rhea & Marte nati cum iussu Amulii expo-
nerentur,

herentur, à lupa enutriti finguntur, ad celandam autoris Rom. generis turpitudinem. In cuius rei memoriam Euander instituit sacra lupercalia in honorem Pauos, in memoriam eius lupæ, quæ Remum & Romulum nutrierat, quorum ministri luperci nominabantur. Et adhuc Romæ in Capitolio æneum lupæ visitur simulacrum, ex cuius vberibus pendent Romulus & Remus, de quo Virgilius lib. 9. Æneid.

——Geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros——

Et Cic. Romulum eum vberibus inhiantem, &c. Est & penes me nummus æneus insculptus lupam & pendentes pueros.

EXEMPLVM

De Cyro nutrito à cane.

AStyages rex Medorum per somnum vidit ex naturalibus filiæ, quam vnicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbraretur, consulti Harioli ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntietur, regnique ei amissionem portendi responderunt. Hoc responso exterritus neque claro viro neque ciui filiam, ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret, sed ex gente obscura tunc temporis, Persarum Cambyti mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem somnij metu disposito grauidam ad se filiam arcessit, vt sub aui potissimum oculis partus necaretur.

ır. Natus infans datur occidendus Harpa-
gis Arcanorum participi. Is veritus si ad fi-
n ortuo tege venisset imperium, quia nul-
ı Astyages virilis sexus genuerat, ne illa neca-
ntis vltionem, quam à patre non potuisset,
istro exigeret, pastori regii pecoris puerum
iendum tradit: Forte & eodem tempore,
i pastori filius natus erat. Eius igitur vxor
a regii infantis expositione summis preci-
ɔgat, sibi afferri ostendique puerum. Cu-
ecıbus fatigatus pastor, reuersus in syluam,
ıit iuxta infantem canem fœminam partu-
:ra præbentem, & à feris alitibusque de-
ndam. Motus & ipse misericordia, qua mo-
tiam canem viderat, puerum defert ad sta-
:adem cane anxie prosequente: quem vbi
num mulier accepit: veluti ad notam puer
:, tantusque in illo vigor & dulcis quidam
lientis infantis risus apparuit, vt pastorem
/ltrò rogaret (quo suum partum pro illo
ıeret) promitteretque sibi siue fortunæ
siue spei suæ puerum nutrire. Atque ita
utata sorte paruulorum hic pro filio pasto-
ıucatur, ille pro nepote regis exponitur.
ici Spacos postea nomen fuit, qui canem
: sic vocant, puer deinde cum inter pasto-
: esset, Cyri nomen accepit, &c. Plura
apud Iustinum lib. 3.
pag. 5.

EXEMPLVM

De Hierone.

HIeronem Syracuſanum quod ex ancilla editus fuerat in ſyluis expoſitum apes congeſto in os melle aliquandiu aluere: qui mox omnes aſperitates ſuperuadens tantum ingenio & virtute valuit, vt ob multa rei militaris facinora regnum Syracuſis & omnia ornamenta virtutum paulo poſt aſſecutus ſit. Hic eſt enim ille Hiero qui præcipua & conſtanti fidem rem Romanam iuuit vnoque tenore amicus pop. Rom. & fidiſſimus cultor perpetuo manſit.

EXEMPLVM

De Semiramide.

TRaditur Semiramis circa Syriæ ſtagnum infans expoſita ab auibus diu alita & educata magno præſagio futuræ felicitatis, quę mox ſublata à paſtoribus poſt varios caſus regia coniux fieri & late imperitare meruit.

EXEMPLVM

De Habi.

HAbis Teneſſiorum rex magnis difficultatibus infans agitatus tandem inter feras à

cerua

ua alitus & haud multo post laqueo captus st subactas gentes & domitas sequientes fortuminas experiri desiit, qui deinde regnum asutus documenta egregii principis dedit sumoque iustitiæ temperamento illis gentibus æfuit.

EXEMPLVM

De Fulberto Episcopo.

FVlbertus Episcopus Carnutensis hymnum (chorus nouæ Hierusalem) fecit & solem iutitiæ & stirps Iessæ is à beata virgine lacte eius ecreatus est in sua infirmitate. Hartmannus Schedel in Chron. ab init. mundi. in 6. ætat. fol. 210.

EXEMPLVM

De Ægystho à capra nutrito.

BEllisario etenim Picenum agrum aduersus Gottorum impetus tuente, ingens eius regionis terror inuaserat, fœminæ itaque cum derepente fugam capesserent, in loco vbi Vrbisalia oppidum fuerat, quædam edito partu, eoque pannis vt licuit inuoluto, & in terra relicto, nusquam deinde comparuit, aliquo vtcunq; casu sublata infantem illum in solitudine iacentē ac vagientem, capra quædā aduertit cōmiserata, quæ & ipsa recens fœtū ediderat, accedēs vbera

præbuit exsugenda, diligentique cura seruabat, ne canis aut quæuis alia bellua puerum offenderet. Obtigit post dies plurimos, vt Picæni ad sua quisque redirent. Dum in Vrbisaliam permistæ cum viris fœminæ peruenissent, inuentus superstes puer; nec quomodo id euenisset, vt ibi infantulus vixisset, coniectura vlla quispiam assequebatur; Alia vbera porrigebat, alia blandiebatur, alia fouebat sinu: at ille insuetum muliebre lac respuebat. Interim capra adfuit, & balatu fremens hunc circumibat, ægre se ferre subindicans, mulieres infantulo appropinquasse. Vbi id animaduertere mulieres, prorsus abstinuere à puero, capræ officium tum alendi, tum seruandi permittentes: ex eaque die populares puerum illum Ægysthum appellauere. Hæc Procopius de bello Gottorum lib. 2. qui adijcit Setum miraculi conspiciendi causa adductum fuisse ad puerum, capram, quæ ad lapidis iactum abierat, festinasse, balantemque accurrisse, pueroque desuper adstitisse, ne quis illi molestus esset. Et sane mira Dei prouidentia, quando si parentes infanti sustulerit, nutritios etiam ratione carentes prouideat.

Exemplvm

De Ægidio à cerua lactato.

Ægidius Atheniensis, cum in Gallia ad B. Cæsarium Arelatem contendisset, secessissetque in eremum, vbi diutius herbarum radicibus victitabat,

at, certa statis ad eum horis veniens vbera gens lacte eum pauit; quin insequentibus dam die canibus regiis, cum in antrum Ægi- on fugisset, Galliæ regem impulit ab eo sum- precibus petere, vt in loco speluncæ mona- ium extrui pateretur, quod effectum est. Hęc end. Septembris ab vniuersa Ecclesia com- morantur.

EXEMPLVM

De Codrato.

CODratus Martyr præter consuetum natu- ræ vsum educatus est: ab ipsis enim incuna- lis nutrimentum incertum habuit, quippe ui matrem adhuc infans amisisset, & mater- is vberibus caruisset; Christus autem illi signis inimè obscuris alimenta subminist- auit, cum ius iussu nubium globus è cœlo infantem am- lecteretur, alimentumque suppeditaret, vt ha- et Metaph. 10. Martij, Lipom. Tomo 7.

EXEMPLVM

De puero Hassia nutrito à lupo.

SEd illud omnem fidem excedit, vt puerum lupus domi velut à se natum educauerit: triennis puer à lupo in antrum suum tractus, non modo illæsus mansit, verum potius à lupo præda educatus est: quadrupes & ipse incedens saliare, currereque ab alio edoctus, dum vixit.;

tandem inuentus ab incolis, magno labore recto corpore incedere valuit: oblatusque est Henrico Hassiæ prospectandus, in cuius ditione hoc contigerat: Deinde anno Dom. 1344. alter puer à venatoribus inter feras inuetus, & captus est, velut fera viuens, deinde assuetus hominum consuetudini vixisse memoratur ad annũ octuagesimum. Mirum priorem illum puerum sæpe contestatum gratiorem sibi fuisse consuetudinem luporum quam hominum. Appendix ad Schafneburgensem.

EXEMPLVM

De S. Laurentio.

LAurentium Archidiaconum, qui Romæ sub Decio in craticula ferrea exustus fuit, nonnulli cuiusdam Hispaniarum Ducis filium fuisse dicunt, quem dæmon infantulum è cunis in nemus asportauerat. Sed B. Sixtus Pontifex cum in eadem prouincia prædicaret, eum sub quadam arbore Lauro diuinitus inueniens, Laurentium appellauit, & diligenti cura ipsum enutriri & edoceri fecit, quo adulto ipsum etiam secum vna cum Vincentio Romam perduxit. Vbi postea factus Pontifex constituit eum suum Archidiaconum. Hartm. Schedel in Chron. ab initio mundi ætat. 6. p. 136.

EXEMPLVM

De Lamisso inuento.

LAmissus infans in piscina repertus Longobardo-

lorũ rex factus fuit, vt refert Barthol. Chasseus in catalogo gloriæ mundi p.1. consid.65.

EXEMPLVM

De Lycasto & Parrhasio.

Lycastus & Parrhasius à Philonomia matre expositi & à Tilipho pastore nutriti Arcadiæ regno tandem præfuerunt, vt refert idem Barthol. Chassan. præalleg. loc.

EXEMPLVM

De Camilla Volscorum regina.

DE Camilla Volscorum regina legitur quod cunabula ipsius manifestum futuræ virtutis lumen promiserunt. Nam ab ipsa iam tum infantia non molliculis inuoluta est pannis, non blandientibus nutriculis educata, sed à patre Metabo in medijs syluarum latebris ferino lacte pasta est. Relictis demum crepundiis paulo prouectior facta, neque tractandis insueuit lanis, nec fusos aut pensa manibus accepit, sed ferinis amicta pellibus fundas cœpit circumagere, complicare arcus, sagittas torquere, ceruas & capreas lassare cursu. Cui virtuti adiecit studium virginitatis. Orto demum inter Turnum & Æneam bello, Rutulis adhæsit, fuitque ductrix copiarum, quam eius virtutem Virg. in fin. 7. Æn. scite describit:

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla
Agmen agens equitum & florentes ære cateruas,

Bellatrix, non illa colo calathisue Mineruæ
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati cursuque pedum præuertere ventos,
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

EXEMPLVM

De rege Chambaiæ.

HVnc ferunt ab infantia veneno enutriri, tantæque eum esse lethalis naturæ ipso halitu vt vel muscas accedentes interimat solo tactu; tactu enim etiam ipso non animaduertentes moriuntur, vt testatur Odoardus Barbosa. Quin consuetudo veneni adeo in eo inualuit, vt ipso alatur, quamobrem vix vlla ex vxoribus suis quę illi commiscetur effugit mortem in diem proximam, vt testatur Ludouicus Barthema Indicar. rer. lib. 1. c. 2. quemcunque etiam oderit aut necandum statuerit, solo sputo in eum misso eum interimit. Vestes eius nemo vnquam attingit, nam & ipsæ interficiunt tactu, vt ibid. Barthema annotat.

De capillis & eorum variis coloribus.

Variant maxime homines capillis, quidam enim habent capillos planos & extensos in colore albos, & si sunt subtiles & molles significant hominem naturaliter timidum corde, debilem

viribus,

ous, pacificum in societatibus vbique conientem & mansuetum. Quidam habent caos grossos & ericios ac breues, & illi signifi- : hominem naturaliter fortem, securum, au- :m, inquietum, vanum, sæpe fallacem, cupi- n pulchrorum & plus simplicem quam saatem, licet ei fortuna faueat. Quidam hat capillos mixtim crispos, & illi significant ninem duri ingenij, aut multæ simplicitatis vtrumque. Quidam habent multum spissos totum caput, & hi significant hominem luosum & bonæ digestionis, vanum, velocis lelitatis, pigrum in agendis malæ memoriæ, idum multorum ac infortunatum. Quidam ent capillos valde blondos, & illi significant ninem conuenientem ad omnia, amantem norem & vanam gloriam habentem. Quin habent capillos multos super tempora fa- & super frontem, quibus frons valet iudicari sa, & significant hominem, simplicem, van, luxuriosum, cito credentem alteri, in mos & loquela rusticali grossi ingenii. Quidam ent capillos multum ericios & eleuatos & areum ex sua formositate, & significant hoiem valde simplicem, audacem, superbum, æ capacitatis, velocis iræ, mendacem, luxuum, malitiosum, in malo præsumptuosum. ibusdam sunt capilli in angulo frontis valde ii & omnes eleuati, vel partim ex eis, fitque ns calua, & significant hominem simplicem artim malitiosum cum sagacitate modorum.

Quidam habent capillos valdè nigros & significant hominem conuenientem ad omnia plus ad bonum quam ad malum in officio & opere studiosum, secretum & benè fortunatum. Quibusdam sunt capilli quasi albi vel glauci, & significant hominem bonæ conditionis & conuenientem ad omnia, timidum, verecundum, debilem, boni ingenii, temeræ capacitatis. Quibusdam sunt capilli mediocres in quantitate & colore, & significant hominem conuenientem, & plus tendentem ad bonum quam ad malum, amantem vitam pacificam, munditiam & bonos mores. Quidam habent tempore iuuentutis capillos canos, & significant hominem mouentem ad luxuriam, vanum, mendacem, instabilem, loquacem. Quidam habent capillos rubeos, & significant hominem inuidum, venenosum, fallacem, superbum & maliloquum. Apud Ægyptios pauci homines crine rubri inueniebantur eam ob causam: quia reges Osyridi à Thyphe, qui fuit crine ruber, occisos significare volentes, rubrum taurum immolabant, imo quod crudelius, si quando homo ruber inueniebatur, mactabatur in eius sepulchro. Diodor. Sicul. lib. 2. c. 4. de Satyris.

De mulieribus pulchros crines habentibus damnonibus adamatis.

VNum mirum notandum singulare ex Guilhelmo Parhisiensi occasione illius dicti S.

cti S. Pauli 1. Corinth. 11. Mulier debet velare caput suum, idque propter Angelos. Hoc quidam intellexerunt de angelis malis, quorum libidinem opinantur vehementer prouocari ac inflammari pulchritudine capillorum muliebriũ. Et sic incubi magis infesti sunt mulieribus pulchros crines habentibus. Quod contingit Deo iuste permittente, propter vanitatem, pompam, complacentiamque inanem talium mulierum, aut enim in cultu & tinctura crinium cura nimia intendunt, aut sua pulchritudine alios in suam libidinem inflammare consueuerunt, aut in eis insolenter gloriantur. Et forsitan sic ad terrorem diuinæ bonitatis prouidentia hanc tentationem à malignis Spiritibus eas pati sinit, vt ab huiusmodi cultu desistant timentes viros ad suam libidinem inflammare, dum ipsos dæmones ad eam instigare & prouocare videntur. gloss. ordin. ad. caput 18. Leuit. Formicar. Nider. lib. 5. cap. 10. Binsfeld. de confess. malefi. p. 229.

De canitie.

Nascendi igitur præter naturæ ordinem quædam fuere miracula. Mirum quod à Ctesia didicit Solinus cap. 55. apud Indos quosdam infantes statim natos canos fieri, rursumque alteram ibi gentem esse, quæ in iuuentute sit cana, nigrescat in senectute. Plinius apertè eorum nomen asseuerat, nẽpe Pandoras esse scribit

lib. 7.

lib.7.cap.2.Idem & Aul.Gell.lib.9.cap.4. Ex eodem Solino cap. 19. constat Albanos ideo dictos,quod albo crine nascantur; à canitie enim habent auspicium capillorum. Aul. Gell. etiam id commemorat lib.9.c.4. Canities ea ratione iis causatur, quod capillo sunt rariore, & albescit,qui colorem humoris,quo capillus nutritur, imitatur,nempe ex phlegmate,vt tradit Macrob. lib.7.cap.9. Si igitur senio phlegma natiuum in sanguinem transit, necessarium est, sanguineo humore capillum enutriri, & ideo fieri nigrum. Eadem enim ratio, quæ nobis in iuuentute capillos nigros,in senectute albos facit, eadem illis infantia albos, senio nigros. Non semper ab humoribus canities prodire dignoscitur. Nam quandoquidem etiam miraculo fit, vt Iacobus Nisibenius Episcopus aliquando effecit. Descendens enim in Persidem iuxta fontẽ, puellæ quędam abiecta verecundia detecto capite, contractisque vestibus, impudentibus oculis sanctum virum spectabant; quam rem vir Dei ægrè ferens, volensque diuinam virtutem ad tempus manifestam facere,fonti maledixit, & confestim aquarum cursus exaruit,maledixit etiam puellis, & impudentem earum iuuentutem immutata canitie puniuit. Nam cum statim res verbum subsecuta esset,capillorum nigredo in candorem mutata est, ita vt puellæ nouis arborum plantis similes euaderent, quas verno tempore autumnalibus foliis languere videmus. Hæc Theodoretus in Philotheo.

Animi

Animi quoque angores canitiem accelerant: nam frigescit corpus, phlegmaque augetur, atque ita canities superuenit. Verum tantus etiam animi angor esse potest, vt breui admodum interuallo canities superuenire possit, cuiusmodi Hispali contigisse commemorat Didaco O'ôrio. Is à Catholico Rege in carcerem coniectus adhuc admodum iuuenis, vnica tantum carcerationis nocte prænimia animi mœstitia, cogitationibus mentem exagitantibus totus incanuit, velut senio confectus. Id tradit Petr. Hisp. Sylu.p.2.c.7. Quod etiam accidisse Romana Republica florente authores tradiderunt. Nam cum Sergius Galba à Nerone ad Hispaniæ sedandos motus missus esset ac ingressus prouinciam sacrificaret intra ædem publicam, puero è ministris acerram tenenti capillus repente toto capite incanuit, ex Suetonio in Nerone, & in Galba Vas. Chron. Hisp. anno Domini 70. Præterea cum Viperfus iuuenis in Racemburgensis Ecclesiæ Episcopum fuisset electus, Romamque profectus dispensationis causa super ætate à Pontifice contemptus esset, nocte sequente totus incanuit, quo viso miraculo Pontifex confirmauit hominem simul, & dispensauit, addita etiam consecratione. Krantzius Metrop. lib.9. cap 47.

De Capite.

De hominibus capite carentibus.

MEla lib.1.c.4. scribit, Blemios absque capite esse, vultus autem partes omnes illis esse in pectore. Solinus idem tradit cap.53. Sunt (inquit) qui ceruicibus carent, & in humeris habent oculos; atque ante hos omnes nonnulli itidem scripsere, quos recenset Aul. Gell. Att. lib. 9. cap. 4. Plinius apertis verbis id asserit frequenter: lib. etenim 5. cap. 8. tradit illis capita abesse, ore & oculis in pectore affixis: Sed & lib. 7. cap. 2. non longe à Troglodytis; quosdam sine ceruice scribit, oculos in humeris habentes. Huiusmodi gentem S. Augustinus commemorat de ciuit. Dei lib. 16. cap. 8. adiicitque in maritima platea Carthaginis musiuo pictam, omnes hominum facies ac formas depromptas ex lib. velut curiosioris historiæ, subiiciens, omnia genera hominum, quæ dicuntur esse, credere non sit necesse. Ad hæc credenda nemo nos cogit: attamen Sanctus Augustinus, ibi vti credendi necessitatẽ non imponit, ita incredibile nõ esse videtur asserere, quin etiam ad fratres in eremo Serm.37. sese hos vidisse testatur his verbis. Ego iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Æthiopiam perrexi, vt eis sanctum Christi Euangelium prædicarem; & vidimus ibi multos homines ac mulieres capita non habentes, sed oculos grossos fixos in pectore, cæ-

re, cætera membra æqualia nobis habentes, &c. quem Augustini locum Fulgosus citauit ad eandem rem lib.1.de mirac.

Nam & eodem lib.de ciuit. Dei cap.8. Subdit hæc verba. Qualis ratio redditur de monstrosis apud nos hominum partubus, talis de monstrosis quibusdam gentibus reddi potest. Propterea & Isidor.lib.11.cap.3. Lemnios (iidem sunt quos Mela Blemios) dicit in pectore & humeris oculos habere, carereque capite. Non esse impossibile suadere potest ratio. Sicut enim maris & fœminæ membra omnia conformia sunt, nisi q; masculo exporrecta sunt, mulieri introrsus reseruata, ita fieri potest ex climatis constitutione, vt ceruix eminere non concedatur, naturæ tamen instrumenta suis defungantur officiis, proximiore ceruicis loco.

De hominib. habentib. canina capita.

Sunt homines, qui canino asseruntur capite esse. Solinũ memini de eis tradidisse c.32. Cynamolgos enim scribit habere caninos rictus, & promula ora: sed & c.53. Megasthenes (inquit) per diuersos Indiæ montes esse scribit nationes capitib. caninis, armatas vnguibus, amictas vestibus tergorũ, ad sermonẽ humanũ nulla voce, sed latratibus tantũ sonãtes asperis rictibus. Cui suffragatur Marcus Polus, qui Indias illas perlustrauit: tradit enim libr. 3. cap. 18. In Insula Angaman, non solum capite ipso, verum & oculis & dentibus caninis esse, & anthropophagos, sed & in Nicouerra Indica vrbe

canino

canino capite homines esse, tradit Odericus noster.in principio. Apud Tartaros quoque gentem quandam canina esse facie traditum est. Nā cum Tartaris hostilitatem perpetuam gerit, miraque arte ad conflictum in eundem vtitur, sagittas Tartarorum contemnens: hyeme etenim se aquis mergunt, arena sese postea inuoluunt; glaciataque per eum modum cute, quasi ferreo tergore obtecti pugnam ineunt securi, sagittas glaciem non penetraturas certò scientes; irruūt igitur in hostes, quos solis dentibus & vnguibus dilaniant. Id referunt ordinis prædicatorii quidam Apostolicæ Sedis apud Tartaros Legati, de rebus Tartar.lib.1.c.9.Vinc.hist.lib.31.cap.11. & Iohannes de Plano Minorita,vt tradit Antonius tit.19. cap.8. §.18. Qui præterea recolunt apud eosdem Tartaros compertam gentem canino quidem ore,sed reliquo capite bubulo,membra cætera humana quidem, sed pedes bubulos illis esse,loqui nescire,latrare tantummodo eos nosse,id ipsi Legati scripsere eod.li.1.c.13. apud eundem Vinc.lib.31.cap.15. Adiiciunt præterea iidē authores,tametsi viri hanc,quam diximus,caninam faciem referant, mulieribus humanum vere vultum esse, vt reliquis in orbe fœminis; ibi igitur talis est gens. At apud nos hoc scilicet Europæ cœlo huiusmodi nunquam orta sunt mōstra,nisi singularia,magis ex prodigio. In Albania etenim muliercula quædam peperisse memoratur infantem,qui ante totus erat homo,retro totus erat canis, vtriusque autem formæ

omnia

omnia aderant membra: accidit id anno Domini 1126. Vinc. hist. lib. 26. c. 6. Sunt igitur authores non pauci, qui affirment gentem compertam canino capite, verumque id esse & ipse assentior. Ita se habere etiam testatus est Plin. lib. 6. c. 30. Scribit enim Cynamolgos caninis capitibus esse, quod etiam tradidit lib. 7. c. 2. asserens, esse caninis capitibus & latrare: Cui accedit Aul. Gelli. Attic. noct. lib. 9. c. 4. id asserens, ab antiquissimis scriptoribus fuisse annotatum.

Ælianus hist. lib. 6. cap. 10. Ægypti (inquit) Cynocephalos docebant literas, & saltationē ad tibiarum cantum, tempore quo Ptolomæi Reges regnabant, & mercedem Cynocephali colligebant pro iis, & datam, in marsupium conii-cientes, ferebant. Sed & lib. 10. cap. 26. Idem Ælianus habet: Post vastam Ægypti solitudinem, quam septem diebus transiri ferunt, secundum viam, quæ ad Æthiopiam pertinet, Cynocephali homines habitantes ex venatu Dorcadum & Bubalorum viuunt, nigro aspectu, capite & dentibus caninis præditi sunt: Vocis quidem expertes sunt, sed strident acute, infra barbam mentū possident sic promissum, vt serpentium simile id esse videatur, eorum manus robustis vnguibus & acutis armantur, similiterque toto pectore, vt canes hirsuti habentur, atque etiam pedum celeritate valent. lib. quoque eodem c. 31. vt humanos mores mentemque ac rationem Cynocephalis inesse demonstret, sic scribit: Cynocephali esculenta testaceis inuolucris circumuestita re-

periunt, cuiusmodi sunt amygdala, glandes, nuces excernunt, praeclare intelligentes intima quidem esculenta esse, extima vero reiici oportere: Vini item potione vesci non recusant, atque etiam carnibus, vel elixis, vel assis exsaturantur, & his quidem recte vel suauiter apparatis magna delectatione afficiuntur: contra ex non accurate elixis valde offenduntur; veste indui mirifice gaudent, ac si eorum catulos etiamnum perparuulos ad mulieris vbera admoueas, tanquam puerulі lac exugunt. Probanda igitur adeo est haec de Cynocephalis sententia, vt pudeat tot authoribus refragari, quandoquidem iidem etiam in Europam delati sunt, visi sunt in summorum regum aedibus. Nam Vinc. Sp... natur. lib. 31. c. 126. id tradit hic verbis: Ætate (inquit) nostra delatum est Regi Franciae Ludouico monstrum, aut homo canino capite, caetera membra corporis habens vt homo, crura quidē humano more nuda, manusque ac brachia, collum album ac nudum, dorsum vero pilosum, erectus vt homo stabat, & vt homo sedebat, coctis carnibus vescebatur, vinumque libentissime bibebat, & ita decenter ac modeste sicut homo, cibum manibus capiebat, & ori suo inferebat, genitale membrum habebat vltra quam corporis moles exigebat, puellis ac foeminis libertissimè iungebatur, & in sexu viri ac foeminae discretionem prae se ferebat, cumque peccatum erat hoc animal instar hominis mitissime ac decentissime se gerebat: At vero furiis agitatū crudelissimè cōmouebatur, vt in homi...

EXEMPLVM

De prole anserino capite.

EIusmodi narrat Petrus Damianus Archiepiscopus Rauennas & Cardinalis, libello de miraculis, in hæc verba: Robertus Gallorum Rex propinquam sibi copulauit vxorem, ex qua suscepit filium anserinum, per omnia collum & caput habentem, quos, virum & vxorem, omnes fere Galliarum Episcopi communi simul excōmunicauere sententia: Rex igitur his coarctatus angustiis ad sanum consilium rediens, diuertit incestum, iniitque Legale coniugium.

EXEMPLVM

De Gente sine occipite.

NVper inuentum est in Peruaco noui orbis prouincia quadam, cui nomen Caraqui. homines carere occipiti & sincipiti, latissima facie: statim enim edito partu, caput eius tabulis pone & ante includunt, adeo vt facies tota complanetur, & dilatetur, sicut & ipsum quoq; occiput, quin & totum caput latum fiat & exile, vt scribit Petr. Hispal. in Sylua, pag. 5. cap. 35.

EXEMPLVM

De stella super capite Nonni.

SCribit Sophronius in prat. Spir. cap. 104. Theodosius Episcopus Capituliadis nocte

è feneſtra in Eccleſiam conſpiciens viderit Nonnum Abbatem procumbentem genibus ſuis, & ſtellam lucidiſſimam ſuper caput eius, vnde diſceret, quantus vir ille Nonnus ſenex eſſet.

De oculis.

Natura de tam præſtantiſſima oculorum actione ſollicita non vnum animali, ſed binos ſingulis largita eſt, vt perfecta cognitio eſſet, & vt vno deficiente, non protinus tanto priuaremur dono.

EXEMPLVM

De Monoculis.

REperiuntur tamen in Indiis homines, vno tantum oculo in fronte inſigniti, vt Coſmographi nobis teſtantur, & notus eſt ſatis Polyphemus iſte apud Virgi. Eos eſſe ſcribunt non contemnendi authores. Aul. Gell. noct. Att. lib. 9. cap. 4. teſtatur, ſe peruetuſtis authoribus didiciſſe, apud Scythas quoſdam eſſe vnum oculum habentes in frontis medio, qui appellantur Arimaſpi: Solinus autem cap. 19. Arimaſpi (inquit) circa Besglithram (non longè à Caſpio Mari) poſiti, vnocula gens eſt. Sed & cap. 32. Æthiopum (inquit) occidentem verſus ſunt Agriophagi, qui ſolas Pantherarum & Leonum carnes edunt, Rege pręditi, cuius in fronte oculus vnus eſt. Quin cap. 53. Legimus (ait) monoculos apud Indos naſci, ſingulis cruribus & ſingulari perni-

ſitate, qui vbi defendi ſe velint à calore, reſupinati plantarum ſuarum magnitudine inumbrentur. Plin.l.7.cap.2. Vnoculos media in fronte & Arimaſpos dicit: ſicut enim abſque vtroque oculo naſci homines contingit, vt Liuius teſtatur dec.4. lib.4. aſſerens Arimini ingenuos pueros ſine oculis,ac ſine naſo natos fuiſſe: ac ſicut etiã teſtatur Zonaras in Mauritio, natum in Thracia puerum ſine oculis,ſine palpebris, ſine manibus & brachiis,cauda piſcina, vſque ad coxendices ſurſum porrecta: nil prohibet naſci poſſe homines vno abſque oculo.Iſidorus itidem habet lib. 11.cap.3.Cyclopes Indos monoculos aſſeuerans. Verum de Polyphemo, deque eius admirandis, quæ Poetæ tradidere fabuloſa eſſe non eſt ambigendum,teſte ipſo Seruio in libro 3. Æneid. Figmenta enim poetica eſſe aſſerit. Non tamen fabuloſum eſt monoculos eſſe: quandoquidem Fuluio Torquato conſule aduerſus Volſcos, è Mauritania Romam aduectus eſt homo monoculus, in Ægypti vaſtiſſimis eremis interceptus, qui per vrbem circumferebatur ſpectandus miraculi gratia;Contigitque ob eam rem quiddam memorabile. Macrina enim Torquati vxor pudicitiæ eximię mulier,quandiu abſens fuerat vir, nuſquam ſe ſpectandam exhibuit, neque è ianua. Cum igitur monoculus circumferretur, forte ante Macrinæ ædes adductus eſt, tum ancilla miraculum detulit ad Macrinam, eamque ad ſpectandum inuitauit. Illa (tametſi videndi monoculi cupida) mori potius præ animi curio-

sitate voluit, quam se præ ianuis exhibere; vti narrauit M. Aurelius Faustinæ vxoris familiaribus colloquiis, quę habentur apud Mundognetum in vita eius lib.2.cap.22. Neque incredibile monoculam gentem reperiri, videtur sensisse S. Augustinus de ciuit. Dei.lib.6.c.8. Sed ad fratres in Eremo serm.37. sese gentem huiusmodi vidisse suis verbis testatur: Ego iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Æthiopiam perrexi, vt eis sanctum Christi Euangelium prædicarem, & vidimus in inferioribus Æthiopiæ partibus homines vnum oculum tantum in fronte habentes, &c. Quem locum etiam citat Fulgos. lib.1. de mirac. Zonaras quoque in Michaele Ducis filio tradit Constantinopoli infantem proditum caprinis pedibus, simul etiam monoculum.

EXEMPLVM

De Argo centum oculos habente.

E Contra naturæ plane aduersans superbit cẽtum suis oculis Argus, de quo poetæ. Sed isti potius naturæ monstra quam homines dicendi sunt. Hic Mythologicam nobis rationem subministrat, de qua Natalis Comes in Mytholog.

EXEM-

EXEMPLVM

De Alexandro M.

ILlud Alexandro M. asscribunt, quod noctu non secus atque interdiu videre potuerit. Verum Leonh. Vairus lib. 2. c. 9. de fascino falsum esse arbitratur. Nam mihi quoque inquit sæpissimè accidit, vt nocte in lectulo cubans & toto corpore atque etiam capite linteaminibus cooperto omnibus sensibilibus & visibilibus remotis, colores cæruleos, virides, rubros, albos, nigros, & quoscunque alios videre visus sim, quæ profecto visio externis sensibus adscribi non potest, & propterea hanc visionem fictam & imaginariam dicerem, vt ex Alexandro in pri. de anima habemus. Illi enim veri colores non sunt, sed hęc imaginationis actio est, vt in 3. de anima Philoponus, quoque sentire videtur, cuius rei ratio reddi potest. Siquidem imaginatio simul in vehementi sensibili, acta cum externo sensu species in rei absentia seruat, quæ species ac simulachra efficiunt, vt nos veluti postquam in nimium quempiam fulgorem diutius obtutum fiximus, varios quosdam colores in tenebris videamus, sicut Aristot. in lib. de somno & vigilia innuit, &c. hucusque Vairus. Ast ego non mirandum duco, naturam in Domitore mundi Monarcha peculiare quidpiam ostendere voluisse, quod reliquis commu-

nem seruans modum denegat, vt & historici tradunt redolentem vltra modum odorem naturam ipsi tradidisse Leuin. Lemn. de occult. nat. mirac.

EXEMPLVM

De oculis Augusti Cæsaris.

AVgustus Cæsar erat oculis glaucis, vt Plinius ait; vt verò Aurelius scribit claris magis ac nitidis quorum acie clarissimorum siderum modo vibrante libenter accipiebat, cedi ab intendentibus tanquã Solis radiis aspectu suo. A cuius facie quidã miles auerteret oculos, interrogaretur ab eo, cur ita faceret? Respondit. Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Plin. lib. 11. c. 36. Meminit eiusdem rei & Cœlius Rhodiginus li. 15. c. 11. lo. Cuspin. in Octau. Aug. addo & hoc: Natali suo plerunque ægrotabat.

EXEMPLVM

De Mose radios eiaculante ex facie.

EXod. 34. legitur. Moses autem nesciebat, quod radios eiacularetur cutis faciei eius ex colloquio diuino. Aharon vero & omnes filii Israel viderunt Mosen. Et ecce radios eiaculabatur cutis faciei eius, vt ad eum accedere formidarent. Quumque cessassent loqui Moses cum eis, posuit velamen super faciem suam. Rursum quũ ingrederetur Moses in conspectum Domini, vt cum eo loqueretur, auferebat velum donec

egrederetur. Et egressus loquebatur cum filijs Israel, quæ iussus erat. Videbantque filij Israel faciem Mosis, quòd radios eiacularetur, cutis faciei Mosis, tum reduxit Moses velum super faciem suam, donec ingrederetur ad loquendum cum eo.

De Ioanne II. Moscorum Duce.

Ioannes II. Moscorum dux, visa fœmina adeo exhorruit, vt animi deliquio afficeretur. Dico naturam singulare quidpiam in hoc Duce ostendere voluisse, vel in contemptum sexus fœminei, ne adeo sese extolleret, sed suam imperfectionem agnosceret, vel ipsum potius ducem hocce beneficio diuino, quo omnes aliæ gentes vtuntur fruuntur, singulari ex causa priuare. Vel naturalis ratio reddi potest, ex mala matris tempore conceptionis imaginatione horrorem istũ irrepsisse, sicut multi reperiuntur, qui natura abhorrent à cibis quibusdam &c.

EXEMPLVM

De quodam Hispano.

REfert Leonhardus Nairus in lib. 1. de fascino, se suis oculis Romæ quendam Hispanũ vidisse, quem nominare non licet, qui cum truculentis oculis, tetro atque irato vultu, seruum ob quid obiurgasset, adeo seruus ille timore ac terrore perterritus fuit, vt non modo fascino af-[illegible]us, sed rationis vsu ptiuatus fuerit & melan-

cholico humore, totum eius corpus inuadente. Ita ad insaniam redactus fuit, vt in domo sui heri prope Ecclesiam Diui Iacobi, sibi mortem consciuerit & laqueo vitam finiuerit.

De longe videntibus.

Historici tradunt de Strabone quodam sic à Varrone nuncupato. Hunc ferunt tanta visus acie fuisse, vt centum triginta quinque millia passuum procul conspexerit, vt testatur Cicero, & ex eo Plinius lib.7.cap.21. Scribit enim eum solitum Punico bello à Lylibæo Siciliæ promótorio, exeunte classe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. Idem habet & Strabo lib.6.& Solin.cap.5.post Varronem. Si id ita est, quod tot grauissimi scriptores tradidere, est equidem admirandum. Subscribunt etiam nonnulli recentiores, vt Sabellicus lib.10. & Eborensis tit.de humanis sensibus, verum vni id contigit. At vt didici, quibus Christi gratia affulsit, longius vidisse nemo est qui dubitet, non solum millia passuum centum triginta quinque, quod Strabo poterat, verum magis procul, non tam sensus acumine, quam mentis. S. etenim Ambrosius è Mediolano vidit quæ Turonis gererētur, interdum nō quingenta, sed longe plura millia passuum, præter id, quod interpositę alpes sunt illæ vsque ad sydera eminentes. Seuerus enim Sulpitius de transitu B. Martini sic tradit: Eo tempore B. Ambrosius Mēdiolanēsi ciuitati præerat Episcopus, dieque Dominica Prophet-

ca lectione iam lecta, beatissimus hic Antistes super altare obdormiuit: quod videntes multi, cum nullus eum excitare præsumeret, transactis fere duarum ac trium horarum spatiis, excitauerunt eum. Respondit autem Ambrosius: Noueritis fratrem meum Martinum sacerdotem de corpore egressum fuisse, me autem eius funeri obsequium præbuisse. Tunc illi stupefacti, pariter & admirantes diem, & tempus notant: qui solicite requirentes ipsam diem, tempusque reperiunt, quo B. confessor dixerat se eius obsequiis deseruisse. Hæc ex illo oculi, quibus adeo procul vidit, non corporei fuere corruptibiles, sed incorruptibiles spiritus, qui longe sunt admirabiliores.

EXEMPLUM

De noctu videntibus. De Iuliano.

SCriptum reliquit Sophronius prat. spir. c. 51. Ægyptiorum monasterium quoddam in Cilicia fuisse, in quo quidam Iulianus septuaginta annis vixerat, nihil omnino in orbe habens, quam hæc quatuor, librum scilicet, vasculum ligneum, sagum & cilicium. Toto igitur hoc vitæ austerissimæ tempore nunquam lucernam accēdit, cū nunq̄ habuerit: noctibus igitur cœlitus eū illnstrabat lux tanta, vt clare legere posset.

De Tyberio Cæsare.

Tyberio Imperatori omnes Scriptores tribuunt, q̄ excitatus à somno Tyberius oculis breuissimo quodā interuallo omnia in cubiculo ꝓspiceret æque, ac die, vt habent Ethnici auctores,

& no-

& nostri; Zonaras in ipso atque alii insuper etiam nostrates historici. Plinius sic habet lib.11.c.37. Ferunt Tyberio Cæsari, nec alii genitorum mortalium, fuisse naturam, vt expergefactus noctu, paulisper haud alio modo, quam luce clara, contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus.

DE NATIS COECIS.

EXEMPLVM

De Sancta Ottilia.

Ottilia virgo Burgundica cœca nata fuit. Vbi vero à Sancto Gerhardo baptizata fuit, visum à Deo recepit.

EXEMPLVM

De Nicasio de Werda.

Nicasius de Werda natione Brabantinus, à tertio ætatis suæ anno morbillorum acerbitate oculis captus: & omnino cœcus factus: atque ob id elementorum quoque omnium penitus ignarus: velut grande miraculum secundum nostra tempestate se dydimum Alexandrinum exhibuit; dum in omni doctrina & scientia tam diuina quam humana eruditissimus apparuit. Nam in Gymnasio Coloniensi (vbi & mortuus est) iura publice docuit: libros vtriusq; iuris quos nunquam vidit, auditu didicit, tenuit mente.

memoriter recitauit. In vniuersitate Louaniensi gradum Magisterij in artibus primus suscepit: postea Scholas aliquanto tempore in Mechilinia rexit: Deinde Louanium reuersus, in sacra Theologia Licentiatus constituitur: & dispensatione Apostolica per omnes gradus ritè ascendēs sacerdos ordinatur: Miranda prorsus diuinæ dignationis operatio. Cœcus ab infantia qui se nunquam memoratur vidisse aliquid, presbyter efficitur: prædicat in Ecclesia, audit confessiones: publice ad altare ministrat: Euangelium coram omnibus (memoria vtens pro libris) recitat: solum diuina per se in altari non celebrat. Postremo in Coloniensi Academia omnium Doctorū consensu iuris canonici Doctor factus est: & legum Imperialium cautus interpres. Edidit celeberrimum opus, quod in eadem vniuersitate Coloniensi plusquam centum discipulis ad pennam excipientibus extraordinarie legit, Super institutis li. 4. Item Louanii edidit super sententias lib. 4. Quæstiones varias disputauit in scholis, quæ partim habentur: partim subtractæ sunt. Sermones etiam multos ad populum. Dedit ad me quasdam non inelegantes epistolas plures: in quarum vna satis copiosa, omnem historiam suæ fortunæ contexuit: & interrogatus à me se prædicta opuscula fecisse confessus humiliter fuit. Moritur sub Frederico Imperatore tertio, Anno Domini 1492. Indictione 10. 7. Kalend. Septembris, Coloniæ in Ecclesia Sanctæ Columbæ, & non in maiori Ecclesia sepultus.

Erra-

Erratum est enim de illo in Catalogo scriptorum.

EXEMPLVM

De cæco per 40. annos, & iterum vidente.

SCribit Sanctus Gregorius Dialog. lib. 2. cap. 10. Abbas quidam fuit, cui nomen Spes, qui per quadraginta annos cæcus, restituto oculorum lumine, prædicationi verbi Dei sedulam nauabat operam, patientiæ dono mire exornatus. Morientis igitur anima egrediens coram pluribus, columbæ forma in cœlum tetendit; non procul à Nursia.

De oculis erutis & restitutis.

De didymo hoc legitur: Nam cum ad eum accessisset B. Antonius, doluerat didymus virũ sanctum corporeis oculis non posse conspicere; Respondit Antonius, corporeis oculis carere nõ esse dolendum homini habenti oculos internos videntes, & contemplantes, quibus Angeli vident, quales erant didymo oculi scientiarum peritissimo; corporeos enim oculos etiam muscas habere: perdidisse igitur oculos tam paruum damnum est, quam paruum est perdere, quæ nobis communia sunt muscis, vt habet Cassiod. trip. lib. 8. cap. 8.

EXEMPLVM

De Gente oculos habente in pectore.

DE humanis oculis mira produntur: nã præter id, quod iã diximus, de iis, quorũ oculi

fuere

sunt in pectore, aut humeris: compertum est aliquando qui eos retro inuenti sint habere: id enim habet Plinius lib.11.c.52. In Ægypto (inquit) enutritum fuisse hominem binis, & in aduersa capitis parte, oculis, sed iis non cernentem. Sed d cum singulare monstrum fuerit, non adeo admirandum est, vt si gens eiusmodi aliqua reperiretur.

EXEMPLVM

De oculis cum binis pupillis & de oculis in quibus effigies equi.

NOn vacat miraculo id etiam, quod habet Gell.lib.9.c.4. Homines esse, quibus binæ pillæ sint in singulis oculis, & masculorum & ninarum, interimereque quos diutius ir. ti erint. Eos quoque in Illyriis esse: Plinius au- cos esse nõ solum in Illyriis, verum etiam in Gallis, atque in Scythia, quæ vocatur Bithya, & in Ponto tradidit, habereque in vno die culis equi effigiem. Ita ille lib.7.cap.7.

De auribus, Auditu & Surdis.

e auribus quoque hominum mira produn- Mela enim lib.3.c.3. affirmat his verbis: Sat unt in Insulis Septentrionalibus, quibus æ aures, & ad ambiendum corpus omne e, nudis alioqui p̃rouectæ sunt. Præ- um quod fabulis traditur; anctores

etiam

etiam,quos sequi non pigeat, inuenio. Fabulosum id censet Strabo, irridetque Megasthenem de auribus huiusmodi scribentem. Attamen Mela(vt dictum est) se habere auctores testatur non contemnendos: Et vt ego opinor, non abhorret à vero, si scriptorum numerus atque authoritas perpendatur, cuiusmodi Megasthenes vetustissimus, cui accedit Solinus cap. 21. Esse (ait) Insulas & Fanesiorum gentem, quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, vt reliqua viscerum illis contegant, nec amiculũ aliud sit, quam vt membra membranis aurium vestiant: Qu bus & Plinius astipulatur lib. 4. cap. 13. Circa Pontum (inquit) Insulæ sunt Scythicæ, vbi Fanesiorum gens nudo alioqui corpore, tam grandes aures habet, vt tota ipsorum corpora contegant. Sed & lib. 7. cap. 2. Probat in Indiæ ota non longe à Taprobana esse homines, qui se totis auribus contegant. Horum testimonia omnia peruetusta sunt: At non desunt recentiora: Nam præter id, quod Isidorus idem affirmat lib. 11. cap. 3. Maximilianus Transiluanus apud Ramus. Tomo 1. tradit in Insula Gilon, quæ intra Moluchas adnumeratur, gentem esse, cuius tam grandes auriculæ sunt, vt ad humeros propendeant; quin & alia ibi proxima Insula adeo patentibus auriculis esse tradit, vt altera iaceant, altera vniuersum corpus obtegant, ibidem Maximilianus. Accedit huic eques Pigafetta apud Ramus. tom. 1. Quibusdam Insulis non admodum remotis ab Insulis Latronum;

tronum, adeo longas hominibus auriculas esse tradit, vt brachia tegant. Quinimo idem Pigafetta asserit inter Moluchas Insulam quandam adnumerari, cui nomen Aruchetto: In ea homines, & mulieres cubitales esse, scilicet adeo expãsis auriculis, vt in altera extensi iaceant, altera tegantur: alioqui nudi incedunt, detonsi, mira pernicitate valentes.

De naribus.

Nasus longus & aliquantulum subtilis significat hominem audacem, curiosum in factis, iracundum, vanum: cito conuertibilem: ad vtrumque debilem & ex facili credentem; cuius nasus fuerit longus & extensus habens puncta deorsum declinata, significat hominem sagacem: secretum: seruitialem: & conuenienter alteri fidelem: probum: in agendis supplantaneum: Cuius nasus fuit simius, significat hominem impetuosum: vanum: mendacem: luxuriosum: debilem: instabilem: cito alteri credentem & conuertibilem ad vtrumque: Cuius nasus fuerit in medio latus & declinet ad summitatem sui, significat hominem facile mendacem, vanum: luxuriosum: verbosum: & crudelis fortunæ: Cuius nasus fuerit vndique grossus & bene longus, significat hominem cupidum omnium pulchrorum: in bonis simplicem, in malis sapientem, cõuenienter bene fortunatum: fetuosum, in eis quæ cupit secretum & valde minus scientem quam se scire reputet: cuius nasus fuerit valde acutus in pũcta,

& mediocris inter longum & curtum, grossum & subtilem: significat hominem cito irascibilem valde sui sensus, facile rixosum, & dedignosum, sagacem, debilem, malitiosum, seductorem, minacem & memorem. Cuius nasus fuerit valde rotundus in extremis: & cum paruis naribus significat hominem superbum: grossi nutrimenti: cito credentem, vanum, largum & fidelem. Cuius nasus fuerit nimis longus & in puncta plus subtilis quam grossus & conuenienter rotundus, significat hominem in loquendo audacem: in agendis probum, facile iniuriosum, fallacem, inuidum, tenacem, in fide secretum, cupidum alieni & multis modis latenter malitiosum. Cuius nasus fuerit retortus & curuatus in sursum & longus conuenienter habens punctam grossam, significat hominem audacem, superbum, tenacem, inuidum, cupidum, luxuriosum, mendacem, seductorem, vanum, gloriosum, infelicem, rixosum. Cuius nasus fuerit in medio valde eleuatus, significat hominem sæpe mendacem, vanum, instabilem, luxuriosum, cito credentem, importunum, ingenii boni, & grossi nutrimenti, & plus simplicem quam sapientem & malitiosum. Cuius nasus fuerit qualitate rubicundus vltra omnem speciem cæterorum, significat hominem auarum, impium, luxuriosum, supplantantem bonitatis, grossi nutrimenti, & ingenii teneræ capacitatis. Cuius nasus fuerit conuenienter grossus vndique super punctam planus aliquantulum significat hominem satis pacificum,

cũm, fidelem, laboriosum, secretum & boni intellectus. Cuius nasus fuerit in punctam aliquãtulum pilosus & vndique grossus conuenienter & in iunctura frontis parum subtilis, significat hominem bonæ conditionis in omnibus, & cõuertibilem facile ad vtraque. Cuius nasus fuerit vbique grossus nares habens latas significãt hominem grossi ingenii, & plus simplicem quã sapientem, mendacem, fallacem, subdolosum, rixosum, inuidum, & vanum gloriosum.

EXEMPLVM

De gente viuente solo odore.

GAngis accolæ solo odore optimarum frugum viuunt, tetro autem odore exanimantur, vt Solinus memorat cap.53 Gãgem (inquit) qui accolunt, nullius ad escam opis indigẽt, odore viuunt [illegible] torum syluestriũ; quod si deteriorem spiritum forte attraxerint, exanimari eos certum est. Ideo longius per gentes eadem illa in præsidio gerunt, vt olfactu alantur, quod & Plinius habet lib.7.cap.2.

De ore.

Os magnum & latum ex clausura & apertione significat hominem audacem, inuerecundum, facile bellicosum, mendacem, verbosum, nouigerulum, comestorem, grossi ingenii, tenacem & valde insipientem.

Os cuius fuerit parua clausura & apertio: significat hominem pacificum, timidũ, fidelẽ, secretum, tenacẽ, largũ, verecundũ, doctrinalẽ & parũ comedẽtem. Cuius os fœtet flatũ, significat homi-

hominem in epate vitiosum, sæpe mendacem, vanum, lasciuum, fallacem, teneræ capacitatis: grossi intellectus, seductorem, inuidum, cupidũ & conuenienter alteri largum, nouigerulum cito recedentem, plus simplicem quam sapiẽtem. Cuius os redolet flatu, significat hominem conuenientem in dando & retinendo, sagacem, secretum, pulchrum, cito credentem & conuertibilem ad vtraque.

EXEMPLVM

De Gente carente ore.

ET ipsa etiam labia linguaque monstrosis quibusdam hominibus monstrosa sunt mẽbra: Mela etenim lib. 3. cap. 4. sic hab. Extra Ægypti & Macrobiorum deserta, muti sunt populi, & quibus pro eloquio, mutus est, alii sine sono linguæ, alij sine linguis, aliis labris etiam cohærentibus.

Et huic accedit Solinus cap. 32. Æthiopum (inquit) aliquibus concreta ora sunt, medioque tantum foramine: nonnulla gens linguis caret, inuicem sermonis vtentes nutibus motibusque. Adstipulatur & Plinius lib. 6. cap. 30. Vbi alios scribit esse sine linguis, alios nutu tantum loqui, alios in facie vnico esse foramine, alios sine naribus æquali totius oris planitie. Quin & lib. 7. cap. 2. scribit, Choromandas siluestres esse sine voce, hirtos corpore, & caninis dentibus: Atque

Astromoros gentem esse sine ore, hirtos etiam corpore, solis odoribus viuere.

De Risu.

Risus abundat in ore stultorum habentium splenem magnum & è conuerso. Cuius bucca ex facili ridet significat hominem simplicem, vanum, instabilem, citò credentem, grossi ingenij & nutrimenti: seruitialem & non secretum. Cuius bucca raro ridet & breuiter significat hominem stabilem: tenacem, sagacem: clari intellectus: secretum: fidelem & laboriosum. Cuius bucca dure mouetur ad ridendum significat hominem sapientem valde sui sensus: sagacem, ingeniosum, patientem, tenacem, studiosum suæ artis: iracundum, supplantaneum. Cuius bucca facile ridet ridendo sæpe tussit vel ossitat aut torquet caput: significat hominem varium; inuidum: cito credentem: & conuertibilem ad vtrumque. Cuius bucca ridendo torquetur cum derisione alterius significat hominem arrogantem: falsum, tenacem: iracundum: mendacem & aliquantulum proditorem.

EXEMPLVM

De Zoroastre.

ZOroastres rex Bactrianorum, eadem hora qua natus est, risisse legitur, quod quidem non bonum prætendebat euentum, quia ipse primus dicitur artes magicas inuenisse, vt inquit

Iustinus abbreuiator Trogi Pompeij in historia omnium seculorum in princ. 1. lib. qui tandem occisus fuit à Nino primo rege Assyriorum, vt ibid. scribit Iustinus. Verum male. Nam vt tradit Io. Ludou. de la cerda in explicat. Virgil. Ecloga 4. ad versiculum.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Ridere pueros ad parentes suos [illegible]abitum veteribus pro bono omine. Catul. in E[illegible]thal. Iuliæ & Manlij:

Torquatus, volo, paruulus
Matris è gremio suo.
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem
Se mihi ante labello.

Nemesian. 3. Ecl. vbi infantiam Bacci c[illegible] enutriti à Sileno, sic ait:

Quin & Silenus paruum veneratus alumnum,
Aut gremio fouet, aut resupinis sustinet vinis,
Et vocat ad risum, digito, motuque quietem,
Allicit, aut tremulis quassat crepitacula palmis.

Vult Silenus infantis risum elicere. Eadem mens videtur Statii 5. Sylu.

Protinus exorto dextrum risere sorores
Aonides.

Vbi rident Nymphæ, vt infans rideat. His adnecte versum Martialis, quem postea adducam. Ad hunc risum, & omen traho versus Phocæ, qui de Virgilio nascente,

Infan-

Infantem vagisse negant, nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipse puerperiis adrisit lætior orbis.

Vbi mundus arridet ridenti puero, nam huius risus videtur describi, per serenam frontem, per non vagitum. Qui ex historia Zoroastris apud Plinium lib.7. cap.16. putant, infantibus esse aduersum omen, non bene videntur coniectare. Cum præsertim dicat Hippocrates, vbi loquitur de partu, pueros ridere statim natos. & Plinius in Procemio lib.7. die quadragesimo, ꝙ accepit ab Aristotele lib.7. historiæ. cap.10. Hoc cum sciret Virgilius, puerum inuitat, vt rideat, & ita det omen reliquæ vitæ. Certe apud Herodotum lib.5. nulla res alia Cypselo salutem attulit, quam quod προσεγέλασε, arrisit illi, cui traditus erat occidendus, vt enim puerum ridentem vidit, destitit à nefario facinore, & eius exemplo alii. Apud Nõnum li.9. natus Bacchus ἐγέλασσεν.

EXEMPLVM

De Marco Crasso, Catone Censorio.

MArcus Crassus auus Crassi illius qui apud Parthos occubuit, quod nunquum rideret Agelastus vocatus est. Semel tantum risisse dicitur, cum vidisset asinum asperos carduos comedentem, dixisseque: Similem habent labra lactucam. Diuus Hieron. Cato Censorius inquit in vita semel fertur risisse, L. Domit. Brusson. lib.5. cap.28.

EXEMPLVM

De I. Christo nunquam ridente.

IN Epistola Lentuli ad Senatum Romanum apud Lactantium de Saluatore nostro Iesu Christo legitur: Quod nunquam visus est ridere, flere autem sic.

De iis qui risu mortui sunt.

Fuere autem qui risu necati sunt, aliquot iure commemorandi. Zeuxis enim pictor deformissimam spectans quandam picturam solutus in risum expirauit. Verrius alter pictor, quod anum quandam deformissimam pinxisset, eandem mortem in risum solutus obiit, Rhodigino teste, li.4.cap.18. Nam ob deformitatem rerum spectatarum, aut auditarum, vel etiam intellectu perceptarum risus permouetur. Est enim triplex risus: Primus naturæ, quæ potius hilaritas est, is in Sara Abrahæ vxore fuisse sine culpa memoratur: Deinde est risus stultitiæ, & est omnium stultorum cachinnus: tertius est malitiæ, qui in Caino fuit paternam deridente turpitudinem. Propterea Palæmon Philosophus, quum asinum ad satietatem ficubus depastum vidisset, in tantum risum solutus memoratur ob illam rei nouitatem, ac deformitatem beluinam, vt expirauerit. Præstat igitur, parum atque hilariter ridere, tum ob incolumitatem, tum ob virtutem.

De

De dentibus.

Dentes parui & debiles in opere & rari significant hominem debilem, boni ingenii, teneræ capacitatis, mansuetum, legalem, fidelem, secretum, timidum, breuis vitæ, & ad vtraque conuenientem. Cuius dentes non sunt sibi æquipollentes quantitate & situ gingiuarum, ita quod quidam sunt stricti, quidam lati, quidam rari, quidam spissi, significant hominem, boni ingenii, audacem, dedignosum, inuidum & facile cōuertibilem ad vtraque. Cuius dentes sunt valdè longi & quasi acuti, & aliquantulum rari & fortes in opere significant hominem inuidum, impium, gulosum, audacem, quasi inuerecundum, mendacem, falsum, infidelem, & suspiciosum. Cuius dentes sunt tricini vel pruni siue sint curti siue longi, significant hominem plus stultum quàm sapientem; grossi nutrimenti, cito credentem, turbidi intellectus, sæpe fallacem mendacem, inuidum, cupidum alieni & suspiciosum. Cuius dentes sunt grossi & lati siue declinent foris siue intus, siue sint rari siue spissi significant hominem vanum, lasciuum, grossi nutrimenti, cito credentem, simplicem, fallacem, mēdacem, & teneræ capacitatis. Cuius dentes sunt fortes & spissi significant hominem longæ vitæ, cupidum pulchrorum, duræ capacitatis, grossi ingenij, magnanimum, multum sui sensus, nouigerulum & cito credentem. Cuius dentes sunt debiles parui rari & exiles significant hominem debilem, breuis vitæ, sagacem, capacitatis bonæ,

cito credentem, communiter verecundum, tractabilem, mansuetum & legalem. Cuius dentes sunt fortes & spissi, significant hominem longæ vitæ, luxuriosum, benè comedentem, audacem, fortem, discretum & sui sensus.

De Dentatis.

Nascuntur quandoque infantes cum dentib. id olim contigit M.Curio, qui ob id etiam Dentatus nuncupatus est. Sed & Cn.Papyrio Carboni Plin.8.cap.16.Solin.cap.3. Quin etiam Valeria insignis mulier eodem modo nata est, vt ibidem habet Plinius. Legimus etiam puerum in Piceno, cum sex dentib. natum, cum facie insolentis magnitudinis Calisto 3. Pontific. Bonfin.dec.3. libr.8.

De habentibus continuum os dentium.

Quandoque prorumpit vnum continuum os dentium, quod longæuitatis signũ probatur.

EXEMPLVM

De filio Regis Prusiæ Bythinorum.

ITa Valer. Max.lib.2.de mirac.c.89. Cæterum & ipsa miraculis annumeranda. Nam & Prusiæ regis Bithyniæ filius eodem nomine quo pater, pro superiori ordine dentium vnum os æqualiter extentum habuit, nec ad speciem deformem, nec ad vsum vlla in patre incommodum.

EXEM-

EXEMPLVM

De Pyrrho Epirotarum rege.

VT Fulgosus tradit lib.1. cap.6.Pyrrho Epirotarum regi superior oris pars pro dentib. esse perpetuo fuit communita.

EXEMPLVM

De Sicinio.

HOc etiam Sicinio dẽtato accidit, vt est apud Gellium.lib.2.c.11. Certè vis naturæ plurima fuit quæ dentium materiam non guttatim, sed velut redundantem simul adeo subministrauit, vt concretum os fuerit atq; indiuisum. Ideoque hominum istorum fortitudinem capitis indicauit natura, quæ res expedimento postea ex vtriusque bellica virtute fortitudineque apparuerit.

EXEMPLVM

De filia Mithridatis regis.

VT Valerius Max.testatur lib.2.c.90.de Mirac. Mithridatis regis filia Dripenti ę Laodiceæ reginæ nata duplici ordine dentium deformi admodum, comes fugæ patris à Pompeio deuicti fuit.

De

De senib. quib. dentes renati.

Hæc adeo raro fiunt, vt non videas è multis millibus vnum; neque id miraculo esse potest, neque ad monstrum pertinet, potius miraculum naturæ fuerit, senibus dentes renasci.

EXEMPLVM

De Zancle Samothraceno.

ZAncli Samothraceno post centum & quatuor annos, dentes renatos testatur Mutianus, idque se vidisse asseuerat, vt habet Plinius lib.11.cap.37.

EXEMPLVM

De Michaele de Romagnano.

TEmpore Ludouici ducis Sabaudiæ penes Carignanum, in castro Raynerio Do. Michaeli de Romagnano excedenti nonagesimum annum, nouiter renati sunt quasi omnes dentes, vt testatur Næuizanus in sylua Nuptiali lib.5. num.19.

EXEMPLVM

De Carolo 4. Rom. Imp.

ANno 1372. cum Imp. Carolus 4. ad Rhenum degeret, nocte quadam dens molaris in somno ei excidit, & loco eius in momento alius succreuit, quod cunctis admirationi fuit, erat enim

enim Imperator ætatis suæ anno septuagesimo primo.

De Barba.

Barba nascitur viro vltra 23. annum paulatim de die in diem, & tunc nascitur ferme extra sexum. Est & sciendum, quod tales pili procreantur de superfluitatib. ciborum, fumositas quorum superascendit, vsque ad partes maxillarum velut fumus ad foramina camini. Et cum amlius non inueniant meatus aptos, quibus bene aleant superius ascendere, sic inde exeunt in ıodum pilorum, qui dicuntur pili barbæ. Mueres penè omnes carent barba in maxilla. Et est iendum, quod omnes humores, in quibus in ris barba generatur, in mulieribus menstruum ıod est eis quodam meatu, & motu ætatis lu-;, quandoque semel in mense, quandoque bis, ius exitus dicitur esse fluxus siue superfluum. er non habet barbam eo quod nō est natura ı potens adhuc neque tam matura, quod pos- pori maxillarum aperiri. Cuius barba est be- ɔrdinata siue composita & spissa pilis signifi- hominem bonæ naturæ & rationalis condi- ıis ad omnia secundum coniunctum, & da- nores producte & econuerso. De illis qui ent eam male compositam, vt patet in Euıis, qui postquam perdiderint ambos testiılos, valde transmutantur à natura virorum in naturam mulierum.

Exem-

EXEMPLVM

De Gente barba carente.

ALoysius Cadamustius gentem esse scribit Æthiopicam cui nomen est Azanaghi, labio inferiore esse valde propendulo: idq; eos sale condire, ne putrescat aeris infectione; propendet autem huiusmodi labrum vltra vlnæ mensuram; ideoque gentem illam mutam esse testatur. Et ea gens barba caret, & sic labrum huiusmodi pendulum nutrit: in barba enim nutriẽda gentes sæpe insaniunt. Nam in fluuio Gargaro Insulæ, quam Hydrophagi incolunt, barbam ad vsque genua nutriunt. Bocat. de Fluuio Gargaro.

EXEMPLVM

De mulieribus barbatis.

ESt mons Climax Æthiopiæ secus rubrum mare, quo fœminæ prolixis barbis degunt, quæ tigres pardosque sibi obsequentes ad venationem habent.

EXEMPLVM

De Antonia, Helena, virgine barbata.

AEre excusa circumfertur imago, quæ & pene me est, & à fide probatis amicis audiui qui viderunt, ipsimet, virginis barbatæ, cui nomen Helena Antonia nata in Archiepiscopatu Leodiensi ætatis suæ 18. à Seren. Ma. Archiducissa Austr. Maria vidua Græcii educata.

De voce

De voce & loquela.

Quidam nascuntur muti infantes & permanent per vitam suam. Et hi muti & surdi simul à natura testamētū aut codicillos aut mortis causa donationē facere nō possunt, imo nec libertatē cōferre, vt rescripsit Imp. Iustinianus Ioanni P.P. in L.10.C.qui Testam.fac.poss. Vbi autē huiusmodi vitii non naturalis siue masculo siue fœminæ accidit calamitas, sed morbus postea superueniens & vocem abstulit & aures conclusit, si ponamus huiusmodi personam literas scientem, omnia quæ priori interdiximus, hæc ei sua manu scribenti permittimus. Et nullum esse exposuisse quosdam interpretes scimus, qui penitus non audiat, si quis supra cerebrum illius loquatur, secundum quod Iubentio Celso placuit, huc vsque Iustinianus.

Sed tamen Plinius 10. cap.69. refert. Et cui non negatus sit auditus, huic & sermonis vsum tum, & ideo marina ostrea, quod surda sint, a esse quoque natura. Alexander Aphrodisis in problemat. putat: id eo fieri, quod vna neruorum coniunctio, quę ad linguam & aures pertineat, atque ea ratione contingere vt afum quoq; consensus eis accidat. Cur verò muti sunt non à natura audiant? Idem Alexander id ideo fieri putat, quod oriatur propriū orum πάθος, siue vt Politianus vertit, Locaneruorum passio. Natura vel morbo quidam muti esse possunt, non tamen surdi.

Exem-

EXEMPLVM

De Crœsi filio.

EXtat apud Herodotum lib.1.& Gellium.5.c. 9.de Crœsi filio,qui cum mutus à puero fuiſſet, articulatè ad Hoſpitis impetum exclamauit: ὦ Ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον.

EXEMPLVM

De Ægle Samio Athleta.

SEd & quiſpiam Samius Athleta, nomen illi fuit Αἴγλης,cum antea loquens non fuiſſet, ob ſimilem cauſam loqui cœpit,Gell.dicto loco: qui id nunquam potuiſſet,niſi auditu prius ſermonem accepiſſet didiciſſetque.

De diuiſione linguarum.

Tempore Nembroth, qui fuit de genere Cham Gen 9. ca.& diſt.6.§.fin. cuius conſilio ædificata eſt Turris Babel,vt hiſtoriæ tradunt, ad dominand. In eius ſignum legitur Gen.9.quod volebant, quod cacumen eius in cœlum aſcenderet, ignorantes altitudinem cœli innumerabilem,ad ſignificand.cordis ambitionem,in preeminendo aliis, propter quod Deus ad ſuam diſplicentiam offendendam fecit hocce miraculum in hominibus ſciſſuram eorum dominij con-

confundendo, eorum linguas diuisit, cum vnius labii omnes essent, vt prædicto c. Gen. 9.

De varietate linguarum.

Est & maximum miraculum in varietate linguarum. Nam omnes Orientales in gutture verba collidunt, sicut Hebræi & Syri. Mediterraneæ gentes, sermones proferunt in palatu, sicut Græci & Asiani. Occidentales verò verba in dentibus frangunt sicut Itali & Hispani. Septentrionales, vt sunt Germani, verba faciunt in pectore, Galli in gutture, palato & pectore, hinc vulgo dicitur: Itali caprisant, Alemanni vlulant, Galli cantant & Angli iubilant.

De Muta Gente.

Mela lib. 3. cap. 4. sic habet: Extra Ægypti & Macrobiorum deserta, muti sunt populi, & quibus pro eloquio mutus est, alij sine sono lingua, alii sine linguis, alii labris etiam cohærentibus. Et huic accedit Solinus cap. 32. Æthiopum inquit, aliquibus concreta sunt ora medioque tantum foramine; nonnulla gens linguis caret, in vicem sermonis vtentes nutib. motibusque. Adstipulatur & Plinius lib. 6. cap. 30. vbi alios scribit esse sine linguis, alios nutu tantùm loqui, alios in facie vnico esse foramine; aliós sinè naribus æquali totius oris planitie. Quin & lib. 7. cap. 2. scribit, Choromandas syluestres esse sine voce hirtos corpore & caninis dentibus. Atque Astromoros gentem esse sine ore, hirtos etiam corpore, solis odoribus viuere.

Sed Strabo hæc omnia deridet libr. 15. Attamen S. Augustinus libr. 16. ca. 8. de Ciuitat. Dei, hanc gentē quæ ore careat, aut lingua & solo halitu viuat, commemorat, nec incredibile id esse asserit, sicut apertissimis verbis Isidorus libro 11. capit. 3. tradit, gentem esse absque lingua nutu tantum vtentem, atque aliam quoq; concreto ore, vt nihil eloqui vlla ratione possit. Quamobrem non adeo à verosimili abhorret quandoquidem vel ipso etiam Plinio teste lib. 5. ca. 8. Troglodytæ sermone carent, vnde vel lingua careant, necesse est, aut vsu eius. Est quidem lingua à Deo creata Exod. 4. vt homo homini Deoque sua desideria, mentisque conceptus communicet nobilissimum animæ instrumentū, futura explicet vti præsentia, præterita quoque quasi præsentia repræsentet. Attamen & ipse mutos facit Exod. 4. Vnde & credibile huiusmodi gentem esse posse. Cui tamen possit & Deus eloquentiā dono suę gratiæ concedere, vt quod muti miris modis nutib. mētis conceptus explicēt, vti quotidie experimur, ita & vocis sono edisserant. Mutam nasci gentem aliquam, recentiores qui orbem perlustrarunt, etiam testati sunt. Petrus enim Martyr in Hispaniola occidentali insula in prouincia Guaccaiarima syluestres homines compertos ait, absq; vllo proprio idiomate, absq; legibus absq; commercio.

De nascentibus in mari mutis.

Formæ magnitudinesq; ac corporeæ constitutiones, quas complexiones dicunt, pro clima-

tum

tum diuersitate varia sunt. Nam compertissimũ est, aliter se habere qui in mari, & aliter qui in continenti nascuntur. Soranus etenim Ephesius Isago. 17. tradit mulieres quę in nauibus pariunt, mutum parere: Simon Maiolus autem non putat ita mutum hunc intelligendum vt nunquam loquatur: nã sæpe inquit vidimus in mari natos recte loqui: sed mutire dixisse voluit ipsos infantes, cum nascuntur in mari, vt nõ vagiant, admiranda quadam maritimi climatis natura, cum in continenti terra ab ipso exitu ex vtero masculi vagientes A & fæminæ E clamitẽt, velut in suo sexu quilibet Adamũm & Euam, vnde miseriæ trahantur omnes, culpantes. Hinc & Ausonius Gallus Ethnicus homo aliquid aliud censuit, suo ex illo carmine, cum dixit, malũ futurum, qui è Genuensi patre, Græca matre, in naui natus esset, eius hoc est carmen:

Genua cui patrem, Genitricem Græcia, partum
Puppis & vnda dedit, num bonus esse potest?
Sunt vani Ligures, mendax est Græcia, Ponto
Nulla fides; hæc tu singula solus habes.

EXEMPLVM

De Zacharia muto facto.

SÆpe miraculo Deus etiã eloquentes mutos reddit, quod in Zacharia Diui Iohãnis patre ꝑspicuũ est, hic n. quũ nollet credere Angelo dicenti conceptionẽ D. Ioann. taciturnitate ꝑcussus est, sic n. dixit Angelus ad eũ. Et ecce eris

tacitus, nec valebis loqui ad eum vſque diem, quo fiant hæc, eo quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur tempore ſuo. Luc. c. 1.

EXEMPLVM

De Athy filio regis Crœſi muto.

CVm Olympiade 58. victor Cyrus intraſſet Aſiæ oppidum Sardas, vbi tunc Crœſus latebat, Athys filius regis mutus ad id vſque temporis in vocem erupit vi timoris. Exclamaſſe enim dicitur: Parce patri meo Cyre, & te hominē eſſe vel caſibus diſce noſtris. Solin. c. 7. Herodot. in Thalia. Valer. 5. Gell. 5. c. 9. Iuſtinus 1. Xenophon pæd. 7. quanquam ex Plinio lib. 11. cap. 51: hunc Crœſi filium patet ſolo ſemeſtri natum locutum fuiſſe. Sed A. Gellius dicto loco Herodoto hærendum putat.

EXEMPLVM

De Martyrib. loquentib. ſine linguis.

ONorichus Girerichi in regno ſucceſſor, quoniam Arianam religionem ſequebatur, Chriſtianos in Lybia crudeliſſimè affligebat, cogens eos ad Arianam tranſire opinionem, qui recta dogmata venerabantur; non obſequentes autem igne & innumeris mortis generib. intermebat, & nonnullis linguas amputabat. [illegible] Procopius ſpectaculo fuiſſe ſcribit; cum C[illegible]ſtantinopolim profugi veniſſent, ac perin[illegible]

nihil perpessi essent, cum iis in quos incidissent, esse loquutos, & quamuis linguæ illorum veluti funditus essent exectæ, nihilo tamen secius vocem illorum fuisse articulatam, & satis intelligibilia proferentem. Quod miraculum & nouum fuit & insolitum. Et Iustini constitutio illorum meminit C. de offic. præfect. prætor. Afric. ex quibus duo prolapsi sunt, sicut ipse Procopius scribit: Cum enim illi mulierib. loqui vellent, voce sunt priuati, quod gratia Martyrii non maneret apud eos amplius. Euagrius histor. Eccles. lib.3. cap.14. Et victor Vticensis Episcopus illius temporis scriptor persecutionis Vandalicæ lib. 3. idque confirmat B. Gregorius Dialog. libr.3. c. 32. Sed & apud Persas idem contigit, vt Christiani vi Tyrannica amissis linguis luculenter elocuti sint, sub Anastasio Imperatore vt habet Nicephorus lib.16.c.36.

EXEMPLVM

De infantibus locutis.

NOn minora fuere miracula, quando infantes, quibus nec mens aut rerum vlla cognitio inest, nec linguæ vllus vsus, locuti sunt magno hominum commodo. Sicut de Daniele Abbate contigisse narrat Sophronius prat. spirit. cap.114. Cum enim Daniel insimularetur ab aduersarijs adulterii, quoniam cum quidam prolis sterilitatem paterētur in coniugio, ac per Danielis orationem prolem suscepissent, retorque-

bant aduersarii quidam turpitudinem in ipsum beatum virum. At ipse accedens ad infantem iã 25. diebus tantum in lucem editum, interrogat coram omnibus. Num ego Pater tuus sum, an alius? infans apertis verbis & nutib. patrem verũ ostendit. Cui rei & alia accedit, de qua Gregor. Turon. histor. Gallic. lib. 2. c. 5. Cum Britius Episcopus eiusdem criminis insimularetur, simili interrogatione ab infante apertis verbis purgatus est.

EXEMPLVM

De infantibus nondum natis locutis.

ALiquando accidit infantes nondum natos ex vtero matris, quædam verba clamasse, prodigio id accidisse putandum est, vt testatur D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 3. c. 31.

EXEMPLVM

De infante locuto.

PEpererat ex incestu mulier quædam, æmuli Sergii Papę in eum culpam referebant, castitati eius labem inurentes, at sanctus Anshelmus Episcopus Pontificis Romani famam labefactari minimè passus, ita ad domum infantis, nonum diem nondum agentis, interrogat iubetq;, vt aperiat suis verbis; si sit Sergii Pontificis Romani filius? Respondit infans absolutissimo sermone, Sergium Pontificem Romanum eo scele-

rę im-

re immunem esse, nihil illum cum Venere commercii habere, ex vetustissimo authore Surius in vita S. Anshelmi c. 3. Tomo 3.

EXEMPLVM

De Romano Martyre abscissa lingua loquente.

Romanus Martyr, etsi eradicata à persecutore ei lingua esset, disertissimè tamen loquebatur, vt Ioannes Chrysostomus narrat apud Metaphrastem in vita S. Romani. Nouembr, Surius Tom. 6.

EXEMPLVM

De igneis Apostolorum linguis, & varia eorum locutione.

Acta Apostolorum c. 2. testantur. Quum compleretur dies Pentecostes, erant omnes vnanimiter in eodem loco. Et factus est repente de cœlo sonitus tanquam impetu venientis flatus vehementis & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Et visæ sunt illis dissectæ linguę & velut igneæ. Seditque super singulos eorum, ac repleti sunt omnes Spiritu sancto, cœperuntque loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eloqui illis.

EXEMPLVM

De Secundo Philosopho Silentiario.

Secundus Atheniensis Philosophus M. Antonini Veri tempore in pretio fuit. Hic semper

silentium seruans, Pythagoricam duxit vitam, cuius taciturnitatis causa hæc fuit. Quod cum matrem propriam de illicito concubitu tētasset; & illa incognito filio assensisset, vt eum cognouit esse filium, præ pudore spiritum exhalauit. Quod animaduertens Secundus id matri propter suam loquelam accidisse, & hanc ex se in posterum exegit pœnam, vt de cætero nemini vnquam loqueretur. Quod cum Adriano, quum apud Athenas esset, nunciatum fuisset, ipsum illico accersiri fecit, quem cum nec salutatione nec exhortatione aut minis à taciturnitatis proposito retrahere potuisset, admiratus ipsius taciturnitatem, atque constantiam dixit: Cum ista Silentij lex à te nullo modo solui potest; manu tamen tua problematib. meis respondere digneris. Et interrogans dixit: Quid est Deus? ille confestim rescripsit: Deus est immortalis mens incontemplabilis, celsitudo, forma, multiformis, multiplexque spiritus, incogitabilis inquisitio, omnia continens, lux indeficiens & optimum bonum. Fuere & alia multa Adriani problemata à Philosopho proposita, vt refert Hartmānus Schedelius in sexta ætate mundi pag. mihi 125.

De Voracibus.

Nascuntur quidam natura abhorrentes à quibusdam cibis, vt abstemii, inuinii, incisei &c. quidam contra naturam voraces qui cibis haut satiari queunt.

EXEMPLVM

De Geta Imp.

GEta Imp. in mensa sibi apponi iubebat dapes per Alphabetum, videlicet anserem, anatem, aprum, aliquando pullum pauonem, perdicem, porcellum, piscem, pernam, fasianum farta ficus, & id genus cætera.

EXEMPLVM

De Philoxeno Ericio.

PHiloxenus Ericius collum longius sibi quam gruibus fieri exoptabat, vt in gustu magis oblectaretur ex Aristotel. in Ethicis, Magis autem sunt ciborum auidi, quibus ab aluo longius spacium est, Plin.

EXEMPLVM

De Apitio.

APitius ait Annæus Seneca ad Albidiam matrem nostra me moria vixit, is scientiam popinæ professus, seculum sua disciplina infecit: cum verò sestertium millies in culinam coniecisset, cum tot congiaria principum, & ingens Capitolii vectigal singulares comessationes suasisset, ære alieno oppressus rationes suas tum primum coactus inspexit, super futurum supra sestertium centies computauit, & veluti multa fame vi-

cturus si in sestertio centies vixisset, veneno vitam finiuit.

EXEMPLVM

De Maximino Imp.

MAximinus Imp. triginta libras carnium solus comedebat.

EXEMPLVM

De Clodio Albino.

CLodius Albinus Imp. quingentas ficus passarias, à Græcis Callistruthias dictas, ieiunus comedebat: centum persica Campana, Melones Hostienses decem, vuarum Lauicanarum pōdo viginti, ficedulas centum, ostrea quadraginta.

EXEMPLVM

De Gulielmo Aquitaniæ Duce & Pictauorum Comite.

GVlielmus tantæ edacitatis & bibacitatis erat, vt ei vix quolibet prandio ea cibaria sufficerent, quæ octo fortissimis edacibusque iuuenib. pararentur. At vbi mundi delicias excussit, deoque se totum per conuersionem dedidit, ieiuniis occupatus, pane modico & aqua cōtentus, magna incolumitate vixit, vt scribit Theobaldus Episcopus in vita ipsius Gulielmi c.1. & c. 24. apud Surium Tomo 1. Februario.

EXEMPLVM

De quodam Anonymo.

ACcidit persimile Anonymo cuidam viro à dæmonib. obsesso, cui cadus vini ac panis modii tres quotidiano illi alimento non sufficerent: At vbi Macharii virtute diuina ope dæmoniaca insania liber extitit, tres ad summum panes, quotidie illi in alimentum cessere, vt ex vitis Patrum constat p. 2. c. 8. in impressione recentiore.

EXEMPLVM

De muliere Syriaca.

MVlier quoque Syriaca quædam triginta gallinis quotidie non saturabatur: at vbi diui Macedonii lustrali aqua conspersa est, perexigua carne alebatur. vt Theodoretus recolit in Philotheo, qui eius temporis scriptor fuit, quandoquidem Macedonio ipsi valdè familiaris erat.

EXEMPLVM

De comedone quodam apud Imp. Aurelianum.

COmedo quidam vt est apud Vopiscum in Aureliani Imp. vita, in Aureliani mensa, aprum integrum, centum panes, veruecem & porcellum comedit.

EXEMPLVM

De Theagene Thasio Athleta.

THeagenes Thasius Athleta Taurum solidum vna cœna comedit.

EXEM-

EXEMPLVM

De Milone Crotoniata.

MIlon Crotoniata in olympiis, quadrimũ taurum ingurgitauit. Comedebat aliquando viginti minas carnium, totidemque panis.

EXEMPLVM

De Astydama Milesio.

AStydamas Milesius ab Ariobarzane Persa ad cibos aliquando citatus, quicquid omnibus destinatum foret, voraturum se promisit: & promissa impleuit.

EXEMPLVM

De Chlambe Lydorum rege.

CHlambys Lydorum rex ad id voracitatis euectus est, vt nocte quadam vxorem deuorauerit, atque cum summo mane illius dextram in ore comperisset, gladio incubuit.

EXEMPLA

De Papyrio Cursore. De Galba Imp. & P. Octauio.

TAxantur voracitate apud Liuium Papyrius Cursor. apud Tranquillũ Galba Imp. &

quidem Octauius, de quo Senec. in Epist. nam cum Tyberius mullum quatuor pondo & selibræ vendi iussisset, amici, inquit, omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apitius emerit aut P. Octauius: Vltra spem illi coniectura processit; licitati sunt, vicit Octauius, ac quinque sestertiis emit infamis Timocreon Rhodius.

DE BIBACITATE.

EXEMPLVM

De Tyberio Claudio.

TYberius Claudius bibendi rationem adeò excessit vt per iocum pro C. Tyberio Claudio Nerone, Biberius, Caldius, Mero sit nuncupatus: integroque aliquando biberit biduo nocteque cum Pomponio Flacco & L. Pisone. ex Tranquillo, Plinius verò ait, potationem continuatam biduo duabusque noctibus.

EXEMPLVM

De Bonoso Imperatore.

BOnosus qui Imperator posteà factus est, neque diu tamen imperauit, tantum bibebat quantum hominum nemo, itaque hoc dicebat vrbane Aurelianus: Non vt viuat natus est, sed vt bibat. Is superatus à probo Imp. vitam laqueo finiuit, obiectusque inde locus: Amphoram pendere non hominem.

EXEM-

EXEMPLVM

De Cicerone M.T. filio.

CIcero M.T. filius binos congios simul haurire solitus fuit.

EXEMPLVM

De L. Pisone.

L.Piso quod biduo duabusque noctibus potationem continuasset, à Tyberio Curator vrbis creatus est. Is ebrius factus ad sextam diei horam dormiebat, ait Senec. in epist.

EXEMPLVM

De Syracusano quodam.

SYracusis quendam repertum esse scribit Plin. tam diu bibere solitum, donec ab eo cooperta in terra fœtum ederent oua.

EXEMPLVM

De Dionysio minore.

DIonysius minor ebrius in nonagesimum vsque diem perseuerabat: ob eamque rem cæcutientibus oculis fuisse dicitur.

EXEMPLVM

De Alexandro Magno.

ALexander Macedo bibendi certamen, apud Persas instituit: vbi bibacissimus omniū Promachus

...chus quatuor ingurgitans cantharos palmā meruit, vniusque talenti coronam accepit, tribus tantum postea superstes diebus, craterem q; vnū & quadraginta potando spiritum eructauit.

De non bibentibus.

Et verum est aliquos nunquam bibisse, sed non natura, at potius vsu.

EXEMPLVM

De Iulio Viatore Rom. Equite.

ROmanus enim Eques Iulius Viator, cū intercutaneo morbo diu laborasset in pupillarib. annis Medicorum parens mandatis à potu abstinuit; naturam igitur faciens è consuetudine etiam in senecta caruit potu, vt testatur Plinius lib. 7. cap. 18.

EXEMPLVM

De homine qui nullo vnquam tempore biberit.

POntanus vir singularis eruditionis libr. de reb. cœlestib. testatur fuisse hominē qui nullo vnquam tempore biberit vinum aut aquam. Quin cum aliquando Ladislai Neapolitani regis hortatu, seu mauis mandato, tantillum bibisset, ægrè id tulit, noxiusque potus ille fuit. Eadem Petrus Hispal. Sylu. p. 1. c. 26.

De ieiunantibus.

VT potus, ita & cibi abstinentiam dierum 11. pati homines posse testatur Plinius libr. vndecimo, caput 54. Et S. Augustinus Epistola 86. ad Casulanum, Quadraginta inquit dierum

dierum ieiunium aliquos fecisse cognouimus: ad ipsum enim quadragenarium quendam à fratribus fide dignissimis nobis asseueratum est. Hæc ille. Aliis verò multis itinerantib. etiam diuturnum ieiunium fuit. Theodoretus enim insignis historicus in Philotheo in vita Maranæ & Cyræ ita habet: Eæ optantes loca sacra, vbi Christus passus est videre, vsque ad Heliam profectæ sunt, vbi cum adorassent, cibum sumpsere & iterum ieiunæ se domum recepere: est autem non minus quam viginti dierum iter in Berrœam vsque videlicet, has se cognouisse & collocutus fuisse ibi testatur.

EXEMPLVM

De Mose.

MOses infans cum ob dirum edictum Pharaonis, quo omnis proles mascula in flumen deiici præcipiebatur, expositus esset, in ripa fluminis extractus est; à filia Pharaonis, in aula educatus; & sic miro seruatus est modo; quem postea Deus pascentem gregem in rubo ardenti allocutus est, & à Dei miraculis & mandatis instructus est, tot edidit signa; virgam in colubrũ, aquas in sanguinem vertit, ranas, muscas, pediculos, locustas, bruchos ignem cum grandine, vesicas & tabes Ægyptiis immisit, primogenitum omnem ab homine vsque ad pecus peremit, suosque deduxit, mare aperuit, fontem de petra, coturnices de cœlo produxit, aquas amaras dulcorauit;

corauit, fulgura & nubes per diem, columnam ignis per noctem suis præmisit, vocem Dei viuẽtis ad populum è cœlis deuocauit arrogantes igne, murmurantes lepra percussit, male merentes subita strage, alios terræ hiatu absorbtos affecit, populum cœlesti cibo pauit, serpentes placauit, venenatos curauit, numerosam turbam ab infirmitate, vestes eorum à corrosione conseruauit, & hostium victricem reddidit. Exod. Vsq; ad quadragesimum diem ieiunium protraxit, & sic Mosis facies splendebat adeo, vt non possent intendere filij Israel in illum ob splendorem vultus eius.

EXEMPLVM

De Helia Propheta.

LIbr. 3. Reg. cap. 19. habetur. Quod cum Elias dormiret in vmbra iuniperi fugiens à facie idololatriæ Iezabel, Deus misit ei Angelum dicentem, Surge & Veni, comede: Grandis enim tibi restat via. Surrexit, comedit & bibit, & in virtute illius cibi ambulauit vsque ad montem Dei Oreb.

EXEMPLVM

De Iesu Christo Saluatore.

TEstatur Lucas Euangelista cap. 4. Iesus plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane, & actus est per Spiritum in desertum, ac diebus

quadraginta tentabatur à diabolo, nihilque comedit diebus illis, concordat Matth. 4. Mar. 1.

EXEMPLVM

De S. Catharina Senensi.

DE S. Catharina Senensi, legitur in vita eius, mirac. 10. quod ieiunium quadragesimale sola Eucharistia contenta protraxerit vsque ad diem ascensionis dominicæ festum. Eadem Pisis sumpta SS. Eucharistia de more in Ectasin rapta è fulgentibus cruentorum radiorum instar vulneribus beatiss. stigmata passionis excepit, fida tamen cœlestium donorum custos virgo precata est dominum, vt manente dolore signa delitescerent, quod & ad mortem vsque impetrauit. In vita eius mirac. 23.

EXEMPLVM

De Eusebio Hispano Medico.

VEnetis ad D. Michaelis monumentum eius tale est:

Lector parum subsiste: rem miram leges
Hic Eusebii Hispani monachi corpus situm est.
Vir vndecunque qui fuit doctissimus
Nostraque vitæ exemplar admirabile
Morbo laborans sedecim totas dies
Edens bibens nil prorsus, & vsque suos monens
Deum adiit, hoc scires volebam. Abi & Vale.

Anno Domini M. D. IX. Februar. ætat. suæ LI. sacræ milit. 17.

EXEMPLVM

De S. Ioanne Baptista.

D. Ioannes Baptista locustas & mel syluestre edebat Matth.c.3. Mar.1. Locustas quidem non marinos illos delicatioris gustus cancros, vt quidam somniant, sed insectum illud animal, quod saltando incedit, plusque videtur quam reptile, minus quàm auis, vt ait Hieron. in cap. 4. Ionæ, cuius esus lege veteri fuit permissus Leuit. c.11. ac Orientalib. Libyæ populis fuit familiaris, vt ait idem Hieron. lib. 2. contra Iouinianum, habens grauem odorem, malumque gustum, vt ait Euthymius in 3 Matth. Æthiopes etiam eas victitasse ait Strabo lib. 16. & Parthos ait Plinius li. 11. natur. histor. c. 29. Mel etiam syluestre, summe amarum & omni gustui inimicum & infestum, ait Isidor. Pelusiota lib. 1. Epist. 132. Balthasar Gomez, de Amescua in tract. de potestate in se ipsum lib. 2. c. 6. n. 14.

EXEMPLVM

De Fr. Nicolao de Saxo.

ANno Salutis 1486. apud Suitenses montanos haut longè à finibus Lucernẽsium in loco vastæ solitudinis Fr. Nicolaus homo senex vitam abstinentissimam habebat, qui per annos viginti & vnum sine omni cibo corporali vixit, vir corpore aridus, siccus, exhaustus, sola cute,

neruisque & ossibus compactus. Eius loci indigenæ aliquoties omnes vias insederunt & diligenter obseruarunt, num ab aliquo cibum reciperet. Verum nihil vnquam harum rerum intellexerunt, per antistitem quoque Constantiensem approbatus. Tandem senio ac viribus deficiens, eius senilem animam mollis dissoluit sopor, sepultus in Ecclesia sui pastoris, non sine miraculis quiescit, qui & finitimis populis nonnulla vaticinia prædixit. Testatur Ioan. Stumpf. lib. 7. Heluet. c. 4. Hartmannus Schedel. in Chron. ab initio mundi in sexta ætate fol. 287.

EXEMPLVM

De puella de Camertio.

TEstatur Hedio lib. 7. cap. 14. Chronic. quod anno Domini 1325. puella quędam in pago Camertio in die paschatis sacram Eucharistiam acceperit, & abinde ieiunare inceperit, & per tres annos nihil comederit, neque biberit, neque esurierit, tandem iterum post illud tempus manducare inceperit.

EXEMPLVM

De Apollonia Virgine Heluetica.

VIuit adhuc nostro hoc seculo Virgo quædam nomine Apollonia in oppido S. Galli diœceseos Bernensis, quæ vltra quinquennium dum hæc scribo nihil comedit, neque bibit, neq;

laborat,

laborat, sed semper vno emancipata loco iacet, de quo extat liber impressus editus per Paulum Lentulum Med. Io. Stumpf. Chronic. lib. 8. c. 19.

EXEMPLVM

De Alpaide muliere.

ALpaidis mulier sancta de Cudora claruit circiter annum Domini 1190. cui diuinitus collatum est, annis multis in corpore degere, & corporalis cibi non egere. Hæc genere infima officioque bubulca, sic corpore marcida & perexilis intestinis inedia euacuatis, venusta tamen & corpulenta in vultu cernebatur ac si delitiarum copia frueretur, frequenter rapiebatur in excelsis & angelo duce freta. Illud quoque admirand. fœminam rure editam & educatam rurali operi assuetam tam prudentem in consiliis & circumspectam fuisse in verbis, vt qui docet hominem scientiam, in ea delegisse sedem plerique arbitrarentur. Hartm. Schedel. in Chron. ætat. sexta, fol. 230.

EXEMPLVM

De puella ieiunante per 4. annos.

MElligæ est oppidum Heluetiorum ad Vrsam, tempore Ludouici 4. Imp. puella quædam octo annorum, vsque ad finem vitæ suę ab omni cibo & potu per quatuor annos abstinuit. Corpus manebat sine morbo & defectu

formosum, vt testatur Ioannes à Vitoduro & Ioan. Stumphius in Chron. lib. 7. c. 10.

EXEMPLVM

De Anachoretis.

VT testatur liber de vitis Patrum cap. 181. Anachoretæ in omnium rerum penuria quibusdam tantum & paucis frugib. absque pane in sterili vastissimaque Ægypti solitudine pene hominib. inhabitabili degentes, aqua etiam carebant, vestimenta ex palmarum foliis habentes, nullo alio potu vtentes, quam exeuntes mane ac discurrentes per diuersas herbas colligentes rorem, qui affluentissimè ibi cadit, tantummodo bibebant, cum pluuiarum etiam regio esset expers, quem ob Paradisum ab illis possessum ductus inuidia diabolus Sarracenorum opera vsus vi eos inde abiecit & martyres gloriosissimos effecit, vt quos suasionib. eiicere non valuisset, vt Adamum & Euam, adhibita vi propelleret feliciore propulsione migraturos in maiorẽ Paradisum, nempe cœlestem. Fuerant autem Anachoretarum nomina, Petrus Stephanus, Ioannes, Georgius, Theodorus, Felix, Laurus.

EXEMPLVM

De Simeone Cilice.

SImeon Cilix de quo infra plura sępe quadraginta perpetuos dies absque cibo aç potu ieiunauit,

sunauit, nocte ac die stās spectabatur ab omnib. foribus. enim ac magna murorum parte sublata, nouo atque mirabili omnium spectaculo expositus erat, modo enim stans, modo vero humi prostratus Deum adorabat, &c.

EXEMPLVM

De Codrato Martyre.

COdratus Martyr præter consuetum naturæ vsum educatus est, ab ipsis enim incunabulis nutrimentum incertum habuit, quippe qui matrem adhuc infans amisisset, & maternis vberibus caruisset: Christus autem illi signis minimè obscuris, alimenta subministrauit, cum eius iussu nubium globus è cœlo infantem amplecteretur alimentumque suppeditaret, vt habet Metaphr. 10. Martii, Lipom. Tom. 7.

EXEMPLVM

De duobus Gregoriis.

SOphronius in prato Spirituali cap. 121. de duobus agit Gregoriis, Byzantino altero, altero vero Pharônite. Degebant ii in Insula maris rubri, nulla penitus ibi existente aqua, præter eam, quam sibi à continenti nauicula afferebant. Contigit autem nauiculam fluctib. mergi sublatam littore fune dirupto. Itaque aquæ penuriam pati coacti sunt ad plurimos dies & mori: Mortis autem causam sic inscripsere in cuiusdam

testudinis dorso: Abbas Gregorius Pharonites, viginti & octo dieb. aquam non bibens defunctus est. Ego autem dies triginta septem transegi ex quo non bibi. Eorum autem cadauera integra comperta sunt etiam post menses octo.

EXEMPLVM

De muliere quadam Coloniensi.

ALbertus Magnus sese in Colonia solertissimè obseruasse tradit mulierem 30. diebus omni cibo potuque abstinuisse, virum autem diebus quinquaginta, nisi quod alternis diebus paululum aquæ aut vini sumeret. Hæc Albert. anim. lib. 7. tr. 3. cap. 3.

EXEMPLVM

De monacho quodam in Thebaide.

SCribit idem Sophronius prat. spir. cap. 184. de monacho iuuene in Thebaide degente, qui toto triennio, vino, aqua omniq; potionum genere abstinuit, oleribus tantum vescens.

EXEMPLVM

De Petro Pontico Monacho.

PEtrus Ponticus Monachus à Iordane in mõtem Sina itineratus est nihil omnino sumens, ibi verò sumpta Eucharistia, cibum quoq; temporalem sumpsit. A Sina verò vsque Alexan-

triam ab omni esculento & potu abstinuit perpetuo, & ab Alexandria vsque Hierosolymam, quę interualla passuum millia plurima exceduns Sophron. prat. spiritual. c. 100.

E X E M P L V M

De Abraame Cyrrhorum Episcopo.

VT tradit Theodoretus Abraames Cyrrhorum Episcopus qui publicam curam gerebat, toto Episcopatus sui tempore nec pane, nec aqua, nec lecto, nec igne vsus est, neque leguminum vllum genus, neque cocta olera, neque aquã ipsam gustauit, lactucis, cicoriis, apiis aliisq; crudis perpetuo contentus, nunquam Episcopalib. curis deficiens, diu noctuque publicis negociis audiendis præcipuè intentus, & quod est admirandum, hospitalitate frugali erga omnes vsus lautis epulis ac potionibus vini alios sumere semper adhortans, ipse nihil prorsus gustans, vt tradit Theodoretus in Philotheo in ipso Abraame.

E X E M P L V M

De viro Coloniensi abalienato.

REfert Albertus Magn. in Germania in vrbe Colonia Federico II. regnante sæpius quedam abalienato sensu, septem hebdomadas cibo caruisse, sola aqua interdum epota, seque vt rem cognosceret diligenter id obseruasse.

EXEMPLVM

De homine solo aere viuente.

TEstatur Aristoteles vidisse se hominem, qui solo aere soleque viueret, testimonio quoque Olympiodori vtitur, vt Ficinus testatus est ad Phædrum Platonis in argumento.

EXEMPLVM

De puella in villa Eykel Germania.

ANno Domini 1288. comperta est in Germania in villa Eykel puella, quæ absque om[illegible] cibo annos triginta vixerit. Eucharistiæ sacro sancto sacramento contenta. Mirum cum aliquando sacerdos hostiam nondum consecr[illegible] obtulisset, ipsaque incauta sumpsisset, intra fauces hæsit adeo vt glutire non potuerit. Id compertum esse tradit Nauclerus adiiciens, cũ mox verè consecrata hostia fuisset oblata, absque vllo impedimento glutiisse. Hęc autem accidisse memorat in Leodicensi Diœcesi. Gener. 43. in fin.

EXEMPLVM

De S. Christiana.

S.Christiana cum à necessariis contemneretur, eique cibum negarēt propriis ab vberib. tãetsi virginalibus lacte se nutriit. Dionys. Carthus. de quatuor nouiss. c. 50. ex Iacobo Aconensi

Car-

Cardinale, neque id paruo temporis interuallo, nam ad hebdomadas nouem suo huiusmodi virginali,& admirando lacte alita est, vt memorat Thomas Cantipratanus in vita S.Christianæ c.4.apud Surium. Tomo 3.

De Gutturosis.

Sunt fontes qui soli gutturi obsunt, mirandũ enim in modum guttura augentur, quandoque aquæ potu, quemadmodum iis contingit, qui Alpes inhabitant illos, quæ Galliam ab Italia disterminant; ibi enim fontes, quorum aquis in potu vtuntur, ob inditam illis naturam indigenis guttura in tantam amplitudinem inaugentur, vt in vmbilicum vsque tum viris, tum fœminis propendeant: quin etiam in humeros reflectant: Res in propatulo est neque eget testibus, Nec in Europa tantum id accidit, verum etiam in Asia: Mirandum enim in modum ex fontibus ibi reddi gutturosos homines tradit M.Pol.lib.1.cap.31. At in Syria mulieribus adeo protenditur guttur, vt post tergum perinde ac saccum reiiciant, ne lactanti infanti impedimento sit: persimile visum Frisaccii auctores sunt. Hæc Ortellius in Illyrico.

Exem-

EXEMPLVM

De Rhætis Heluetiorum Pop.

APud Rucantios sunt populi Heluetiæ, nunc Rhæti vocantur, infra Curiam, incolæ præcipue ad oppidum Ciceres, plerique nascuntur strumosi sicut in Styria, teste Iohanne Stumpfio lib. Chron. 10. cap. 20.

De Brachiis.

BRachia longa quæ extensione attingunt genua, licet raro contingat, significant hominem liberalem, audacem, superbum, impetuosum desiderii, debilem, simplicem, cogitaminis pauci, & vana gloriosum. Cuius brachia sunt valde curta respectu staturæ corporis significant hominem bellicosum, ingratum, audacem, inuidum, superbum, fatuosum, tenacem, cuius brachia sunt grossa ossibus, neruis & multa carne significant hominem conuenienter fortem, superbum, cito præsumptuosum, inuidum, cupidum pulchrorum, & cito credentem. Cuius brachia sunt pinguia & musculosa, significant hominem vana gloriosum, cupidum, quorundam delectabilem, & plus insipientem quam sapientem in agendis. Cuius brachia sunt valde pilosa siue sint macra siue crassa & mollis carnis significant hominem luxuriosum; teneræ capacitatis, debilem, multæ suspicionis, & sagaciter malitiosum. Cuius brachia sunt valde nuda pilis,

pilis, significant hominem teneræ capacitatis, magnæ iræ, cito credentem, vanum, lasciuum, mendacem, facile fallacem, sagacem in malo & debilem.

EXEMPLVM

De Studioso Thrace.

PLin.lib.11.cap.44. brachia non omnib. paria sunt. Studioso Thraci in C. Cæsaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem.

De Manibus.

Manus mollis carnis macræ & longæ significant hominem boni intellectus, teneræ capacitatis, ex facili timidum, libenter pacificum, satis legalem, discretum, seruitialem, domesticæ conuersationis & doctrinalem. Cuius manus sunt valde grossæ ac breues significant hominē grossi ingenii, simplicem, vanum, mēdacem, fortem, laboriosum, fidelem, cito credentem & breuis æ. Cuius manus sunt pilosæ & grossorum pilorum ac digitorum, & curuorum, significant hominem luxuriosum, vanum, mendacem; grossi ingenii & plus simplicem quam sapientem. Cuius manus in digitis curuantur sursum, significant hominem liberalem & seruitialem, capacitatis bonæ, sagacem, prauum, inuidum, longæ e, intellectus boni, & mediocrem, inter secretum & non secretum. Cuius manus sunt impliciles versus extremam partem digitorum, si-

gnifi-

gnificant hominem cupidum, cogitaminosum, laboriosum, sagacem, duri propositi, non cito conuertibilem ad credendum audita.

EXEMPLVM

De Dario Artaxerxe Longimano.

DArius Artaxerxes Longimanus dictus est, quod manum alteram altera proceriorem habuerit.

EXEMPLVM

De Gente manibus carente.

QVandoque inuenti sunt, qui vtraque manu caruerint, quibus pedes manuum officium exhibuerunt. Quod sæpe in Italia vidisse refert Simon Maiolus. Mulieri id accidit, quæ pede cibum ori admouens, scribens, suens, nens, arcum sagittamque vibrans, nulla prorsus minore agilitate, quam reliqui manib. Huiusmodi autem non pauci conspecti sunt in regia Magni Cham, vt tradit Oder. post. ante fin.

EXEMPLVM

De hominibus vna manu & vno pede.

TArtaricis quibusdam locis comperti sunt vnico in pectore brachio esse, vnicoq; crure ac pede: sagittariorum tamen officium implere binos ac binos, dum alter arcum, alter sagittam vibrat: Sunt ij miræ pernicitatis, quandoqui-

doquidem manu simul, ac pede tanta celeritate currunt, vt equos anteuertant; Cum autem brachio defatigati fuerint, pede tantum saltib. currunt. Id recolit Ioannes Apostolicæ Sedis Legatus ad Tartaros, & alii nuntii eiusdem sedis, & tandem Vincent. histor. lib. 31. cap. 16. Anton. tit. 19. c. 8. 18. lib. 1. c. 14.

EXEMPLVM

De Damasceno truncatam manum recuperante.

IOannes Hierosolymitanus Patriarcha illius seculi scriptor, Damasceni vitam quem nouerat, ac omnia eius gesta tradiderat. Fuerat igitur Damascenus egregius pro sacris imaginib. venerandis athleta & scriptis & verbis, idque pessimè tulit impius Iconomachus Imperator Leo Isaurius, confictoque mendacio, Damascenum vt perduellionem prodidit apud Damasci regem Saracenum. Is (vt Barbarorum mos est) inaudito Damasceno, leuitate ductus, manum abscindit, publiceque in foro abscissam suspendit à mane vsq; ad vesperam, tandem à Tyranno impetrat Damascenus è foro sibi transmitti demortuã manum, ea accepta, ingressus Oratoriũ, oratione Dominũ precatus atq; Deiparã virginem, cuius imagine procũbebat, manu brachio admota, à somno præ labore correptus manum restitui, reuiuiscereque diuina ope persensit. Excitatus & Deo gratias agit, & validiore spiritu in Iconomachos est inuectus; Barbarusque

Ty-

Tyrannus miraculi magnitudine motus totum sese subiecit Iohanni huic Damasceno erratum suum agnoscens. Repetit Eborens. de miraculis.

EXEMPLVM

De manib. igneis Nonni.

HOcce legitur apud Sophronium prat. spiritual. cap. 104. Nonnus Abbas cum ante Ecclesiam oraret, nocte intempesta, extensis in cœlum manib. eius manus coruscabant lampadum ignitarum modo, adeo vt Abbas Theodosius Episcopus Capituliadis huiusmodi viso fuerit perterritus atque aufugerit.

EXEMPLVM

De fœmina non ambidextra.

ILlud nec admiratione caret ex hoc, quod quę mascula sunt, ea quoque sunt valentiora & firmiora, vnde & masculum pro forti, vehementi & magnanimo vsurpauerint antiqui, vt scribit Neuius. E contrario Hippocrates lib. Aphorism. 5. cap. 16. carnium effœminationem in sua translatione scribit pro debilitate, vt sentit ibi Gale. interpres, quoniam fœmina masculo sit debilior. Hinc quoque mulier, vt scribit idem Hippocrates Aphorism. 7. cap. 44. retulit & Plinius lib. 7. ambidextra non efficitur, hoc est quæ ambabus manib. pro dextra vtatur, vt nonnulli viri vtraque manu vtentes sæpe numero apparent,

rent, cuiusmodi Aioth fuisse testatur libr. Iudicum c.3. & Asteropœum Homerus lib. Iliad.21. nempe ob naturæ muliebris debilitatem, vt prodit Galenus in eo loco. Nam si ambabus (inquit) manibus ob neruorum robur, ac musculorum quidam viri vtuntur optima ratione, nulla mulier vtetur, sed satis abundeque habeat, si vna dextra modice vtatur. Amazonidas quidem solitas dextram amburere mammam tradit historia, vt in proximam manum plus alimenti concurrens & proueniens maior vigor & valentia ei adesset, vt quæ etiam ei per naturam inualida habeatur, vt scribit Cœlius Rhodig. lib. antiq. lect.2. c.35. circa med. vbi etiam scribit, qua ratione Physici tradant ambidextrum fieri hominem aut sinistra vtatur aliquis pro dextra. Accedat huc quod scribunt, qui numerorum rationes scrutati sunt, numerum parem fœminã esse, imparem verò marem, quia semper fortior sit ad omnia, vt copiose disseruit Macrobius lib.1. de somnio Scipionis, & Lucas de Penna in l.3. post init. C. qui morbo se excusant. lib.10.

De digitis.

Solet quandoque natura partus membrorum humanorum officiis ampliare, vt loquitur Paulus Iurec. lib. 4. sententiar. l.14. D. de statu hominum. vt puta quod quis plures digitos habeat, siue in manibus siue in pedibus.

EXEMPLVM

De sedigitis Curiatii filiabus, & Volcatio.

DE his Plin. lib. 11. cap. 44. Digiti quibusdam in manibus seni, vt Curiatii ex patritia gente filias duas, ob id sedigitas appellatas accepimus, & Volcatium sedigitum illustrem in poetica, idem cap. 52. Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. De his Vlpianus in l. 10. §. 2. Si quis plures digitos habeat, siue in manibus, siue in pedibus, si nihil impeditur numero eorum, non est in causa redhibitionis, propter quod non illud spectandum est, quis numerus sit digitorum, sed an sine impedimento, vel pluribus, vel paucioribus vti possit. D. De Ædilit. Edicto.

EXEMPLVM

De natu coniunctis digitis.

SOlent quandoque nasci homines coniunctis digitis, vt innuit Vlpianus in l. Quæritur. §, si quis digitis 6. D. de Ædil. Edict. vt pauciores, quam quinque habeat. De curatione digitorum cohærentium vid. Celsum 7. c. 32.

EXEM-

EXEMPLVM

De Dactylis Idæis.

AD montem Idam habitarunt Idæi Dactyli ita dicti, quod in vtraque manu decem digitos habuerint, & id scribit Ephorus, vt refert Diodorus Siculus lib.6.c.24.de Creta.

EXEMPLVM

De puero denos digitos singulis manib. habente.

VT habet Zonaras 7.2.in Octauio Augusto, puer quidam denos digitos in singulis manibus habuit.

EXEMPLVM

De gente octo digitorum.

ESt & gens quæ in monte Milo seu Imao nascitur, auersis quidem plantis, sed octo digitorum, vt Solinus habet cap.53. Plinius lib.7. c.2. Gellius lib.9.c.4. Isidor.lib.11.c.3.

De pectore.

Pectus grossum & amplum significat hominem fortem, audacem, superbum, tenacem, iracundum, rapacem, cupidum, inuidum & sagacem. Cuius pectus est strictum, & in medio aliquantulum eleuatum, significat hominem subtilis spiritus, & alti intellectus, consilii boni,

veracem, mundum, ingeniosum, sagacem, sapiẽtem, magnę iræ, cito irosum, & conuenienter secretum. Cuius pectus est aliquãtulum pilosum, significat hominem luxuriosum, valde sagacem, paululum duræ capacitatis, liberalem, laboriosum, & alteri seruitialem. Cuius pectus est mundum à pilis, significat hominem debilem, & teneræ capacitatis. Cuius pectus est planum & macrum ac mundum à pilis significat hominem timidum, laudabilis vitæ & ingenii, teneræ capacitatis, pacificæ vitæ, secretum & duræ conuersationis ad plurima.

EXEMPLVM

De pectorosis.

SVnt homines natura quidam pectorosi, quibus latum & pręgrande pectus est, de quibus Gaius Iurec. in L. vel proterui 3. D. de ædilit. edicto.

De dorso.

Dorsum siue spinale pilosum, macrum & valde eleuatum ab æqualitate partium, significat hominem inuerecundum, malitiosum, bestialem, mali intellectus, debilem, paruę fatigationis & pigrum. Cuius dorsum est magnum & pingue significat hominem fortem, grossi nutrimenti, vanum, tardum, pigrum & multæ fallaciæ. Cuius dorsum est subtile & extensum, plus macrum quàm crassum significat hominem debilem, ex

facili

facili pauidum, vanum, rixosum, & cito credentem quæ audit.

De ventre.

Venter pauciatus significat hominem leuiter dedignosum, comedonem, bibonem, tardum, magnanimum, vana gloriosum, falsum, luxuriosum, mendacem, partim legalem, & partim proditorem. Cuius venter est paruus & extensus, significat hominem laboriosum conuenienter stabilem, fugacem, intellectus boni & teneræ capacitatis. Cuius venter est valde pilosus, scilicet ab vmbilico inferius, significat hominem loquacem, audacem, sagacem, intellectus boni, teneræ capacitatis & conuenienter ad vtraque eloquentem, ex facili pauidum, tractabilem pro amicis, alti cordis & non benè fortunatum.

De spadonibus natura, facto, fato.

Nascuntur quidam natura spadones, qui ob meatum distortum coli, non ob infœcundum semen generare non possunt quo vinculo abscisso generant. Galenus 15. de vsu partium apud Pratcium. Generare possunt. l. 6. in fin. D. de ædil. edicto. Spes est posse eos liberos procreare 19. Eclog. 1. & lib. 60 fol. 193. ideoque placet Gothofr. scribi ita in l. 102. §. 1. D. de adopt. Et hi qui nondum generare possunt, vt eorum sterilitas, cuius fit mentio in l. 6. D. de liberis, temporaria sit, eosque impediat inter morbosos censeri. l. 6. D. de ædil. quod in castratis non est, à quib. sunt

diuersi. §. 9. Instit. de Adopt. l. 6. l. 7. D. de ædil. l. 6. § 1. D. de liber. l. 14. in fin. D. de manum. vind. Quod cum ita sit non mirum spadonibus permitti matrimonium l. 39. D. de iure dotium. & matrimonii causa manumittere l. 14. in fin. de manum. vind. Adoptare. l. 2. in fin. l. 40. in fin. D. de adopt. Hæredem instituere l. 6. D. de lib. & posthum. quod in castratis non est. In eo tamen æquales sunt, quod vtrique testamentum facere possunt l. 5. C. qui Testam. Paulus. 3. sentent. §. 2. Spadonum tria genera, Natura, facto, fato. Natura Spadones, facto castrati, fato seu casu Thlasiæ, quibus attriti sunt testes.

EXEMPLVM

De Francisco Philelpho.

ANtonius Panormita compertum sibi fuisse refert, Francisco Philelpho, cui ipse fuisset perquam familiaris tres testiculos esse ingenitos. Ioan. Iouianus Pontanus de rebus cœlestibus, lib. 10. cap. 6.

EXEMPLVM

De Bartholomæo ex Familia Colleonorum.

FVit familia Bergomensis dicta Colleon, ex qua omnes masculi tribus testiculis nascebantur, ex ea fuit illustris ille heros Bartholomæus,

mæus, qui æneam statuam equestrem Venetiis ante ædem D. Ioannis & Pauli ob rem bellicam feliciter gestam meruit.

De menstruo sanguine mulierum.

Inter reliqua animalia sola mulier patitur menstruum, & Respondetur secundum medicos, quia sunt frigidæ in respectu ad viros. Ergò totum nutrimentum non potest conuerti in eius sanguinem. Ergo magna pars transit in menstruum, quod in omni mense à qualibet muliere iustę ætatis & sana expellitur, q3 ante tredecimũ annum non fluit. & dicit Aristotel. 1. generat. animal. quod menstruum recens & fluens, si tangit arborem vel ramum arboris virentem, talis arbor arescit, vel deficit. Item dicit Aristot. si canis gustaret de menstruo, tertia die esset rabidus, & si muscæ tanguntur ab ipso, illo die moriuntur. Ergo natura sagax omni mense expelli voluit à mulieribus menstruum, tanquam inimicum vitæ contrarium. Ergo retentum à mulieribus vltra debitum tempus secund. Aristot. inducit pessimas infirmitates scilicet syncopin & ectasin. Sed ante tredecimum annum non fluunt menstrua. Quia iuuenculæ sunt calidæ, ita scilicet quod benè digerunt totum cibum, ergo menstruum in eis non generatur ante illud tempus & per consequens non expellitur. Et hoc est verum, nisi bonitas vel malitia complexionis impediat. Et mulieres post quinquagesimum annum non patiuntur menstruum, quia

mulieres veteres sunt steriles, ergo non habent menstrua. Aliter Respondetur & melius, quia tunc natura est debilis, & sic non potest ipsum expellere prę nimia debilitate. Ergo generantur in eis maximæ quantitatis immunditiæ in vna massa & sic efficiuntur immundæ, vt suo anhelitu inficiant homines. Est ergo tunc in eis tussis abunda, & alia mala.

QVÆSTIVNCVLA
cur nouis nuptis Mena appareat.

LAtet ibi mysterium magnum serpentis antiqui. Id quod & Romanis ignotum nō fuit. Quia noua nupta super ingentem fascinum, id est membrum Priapi sedere iubebatur, qui erat in loco altiori, quem indicat Lucanus inquiens: Toruus stat, id est, stratum, pendulum, & erectum. In quod ascendebatur gradibus ebore ornatis, hoc autem fiebat propterea, vt illarum pudicitiam prior Deus delibasse videretur, docet ex Varrone Aurel. Augustinus lib. 6. de Ciui. Dei. c 9. & lib. 7. c. 24. Lactant. lib. 1.

QVÆSTIVNCVLA
Quare Camisia primum menstruatæ sistat incendium?

VT refert Michael Papa in sui mirac. Medicin. pag. 1. fol. 196. 197. Coler. Oeconom. pag. 6. lib. 18. cap. 116. Virgines primum menstruum

ſtruum in puro linteo obſeruant, multis enim prodeſſe ferunt. Sed illud de Camiſia ſuperſtitioſe creditur, & à quibuſdam cum experimento obſeruatum memini, aſt cum damno puellæ maximo; illa etenim ſucceſſu temporis exaruit, mortique holocauſto oblata eſt. Ratio ſi qua dari poteſt, occulta ea eſt, & è ſecretis ſecretioris Philoſophiæ petenda. Fortean ſumma antipathia inter ignem calidum, & inter menſtruum ſanguinem frigidum in cauſa eſt. Salamandra enim ſerpens frigidiſſimæ naturæ in igne viuit, & potens eſt contra incendia, adeo eius inter omnia venenoſa vis maxima eſt, viuit mediis flãmis ſine conſumptione pariter, & dolore, nec aduſtionem ab igne recipit, ſed ipſum incendium mitigat & extinguit, vt dicit Iſidor.lib.11. Bartholom.Anglicus de proprietatib.rerum lib. 18.de Angue.Plinius lib.10. cap.47. huic inquit tantus eſt frigiditatis rigor, vt ignem extinguat ſicut glacies, & nota hic ſingulare myſterium Mythologicum, quod ſerpens primus ſexum fœmineum ſuo veneno infecerit, & diabolus ſuam interea ſuperſtitionem in hominibus augendo confirmandoque quæritat, in reprobum ducit ſenſum, vt nec miſeræ puellæ miſereantur, ſed ignem morte ipſius extinguant, more antiquorum, qui ob aliquam ſimilitudinem victimas aliquãdo mactabant, vt equum Soli ob celeritatem, vt eſt apud Ouid. lib.1. Faſtor.

Placat equo Perſes radiis Hyperiona cinctum
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Sic Cereri aliquando porca offerebatur ac cędebatur, quod esset id animal inuentis ipsius Deæ infestum, vt ait idem Ouid.

Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine Porcæ
Vlta suas merita cæde nocentis opes.

Sic Bacchus quia caper infestum sit animal suis inuentis eius cæde lætari creditus est, vt ait Virgil. lib. 2. Georgic.

Non aliam ob causam Baccho caper omnib. aris
Cæditur——

Vnde deductam illam superstitionem puto, cum menstruus sanguis quodammodo frigefaciat, & languidum reddat corpus virginis, ita & ignem eiusque calorem, non vi propria, sed harmonica & cœlesti extinguit & sopit. Et vel orta est hæc superstitio ab antiquis, quod cum ereptum ignem mortalib. rursus in terram detulerit Prometheus, de quo Horat. in 1. carmin.

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit
Post ignem ætherea domo
Subductum, &c.

Et fœminam scilicet omnium humanarum calamitatum originem, & scelestum omnino animalis genus inuenerit, vt autor est Menander suauissimus poeta, vt sic eodem inuento ipsius fœmina videlicet, furtum eius nimirum ignis ereptus extingueretur & deleretur.

De

De Iudæis laborantibus menstruo.

Constat ex sancto Euangelio, quod Pilato lauante manus & dicente, Mundus ego sum à sanguine iusti huius. Iudæi impiissimi clamauerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Super quo D. August. in sermone quodam qui incipit: In cruce, innuere videtur, quod ex maledictione parentum currat adhuc in filios vena facinoris per maculam sanguinis, vt per hanc importunè fluidam proles impia inexplicabiliter crucietur, quo vsque se ream sanguinis Christi recognoscat pœnitens & sanetur. Præterea refert Cantipratanus libr. 7. mirac. cap. 29. §. 23. audiuisse litteratissimum quendam Iudæorum suo tempore conuersum ad fidem dixisse, quendam quasi prophetam eorum in extremo vitæ prophetasse Iudæis, dicentem Certissimè, vos inquit, scitote nullo modo sanari vos posse, ab illo quo punimini verecundissimo cruciatu nisi solo sanguine Christiano. Quod verbum cœci semper Iudæi & impii rapientes induxerunt, omni anno in omni prouincia fundendum sanguinem Christianum, vt tali sanguine conualescant. Et addidit: Malè, inquit, intellexerunt verbum sanguinem, intelligentes Christiani cuiuslibet, sed prorsus illum Sanguinem, qui in salutem peccantium quotidie funditur in altari, quem quicunque nostrum conuersus ad fidem Christi, sumpserit,

pserit, vt decuerit, mox sanatur ab illa maledictione paterna.

DE GEMINIS.

EXEMPLVM

De Esau & Iacob.

ORauit Isaacus dominum pro vxore sua, sterilis enim erat: & exoratus est ab eo dominus concepitque Rebecca vxor eius. Et collidebant sese filij in vtero eius, dixitque Rebecca, Si sic cur ego hoc? Abiit igitur inquisitura Dominum, Dominus verò dixit ad eam: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex visceribus tuis diuidentur, alter autem altero erit robustior & maior seruiet minori. Impletis verò diebus eius vt pareret, En gemini in vtero eius. Egressusque prior rufus veluti gausapina villosa totus hispidus: vocaueruntque ergo nomen eius Esau. Deinde prodiit & frater eius, manusque eius prætendit calcem Esau, vocatumque est nomen eius Iacob. Gen. c.25.

EXEMPLVM

De Perez & Zerah fratribus.

GEn.38. cum aduenisset tempus vt pareret Thamar, gemelli erant in vtero eius, & in pariendo vnus manum exeruit, qua arrepta obstetrix coccino filo circumligabat, dicens. Is primus egressus est. Contigit autem vt is manum

suam

suam retraheret, & egrederetur frater eius, dixitque illa. Cur rupisti tibi rupturam? Et vocatum est nomen eius Perez, postea egressus est frater eius, in cuius manu filum coccinum erat, & vocatum est nomen eius Zerah.

EXEMPLVM

De natis simul.

SI sint duo nati simul, nec iudicari possit, quis prior aut eligendus esset, iudicandum est pro formosiore, vt dicit Bald. in princ. constit. Digestorum in §. itaque. in fin. col. 2.

EXEMPLVM

De duobus natis simul, ægrotantibus simul & conualescentibus simul.

CIcero de natura deorum adducit exemplum duorum fratrum, qui cum simul nati essent, etiam simul postea ægrotare cœperunt, & eorum morbus pariformiter cœpit ingrauescere, & eodem medicamine sanati sunt, de quibus dicit Possidonius Astronomus, quod ideo hæc æqualiter & vniformiter illis acciderunt, quia eandem constitutionem astrorum in conceptione & natiuitate habuerunt.

De similibus forma.

Est hoc præcipuum, elucetque mirum in modum Dei maiestas, vt tot homines diuersis lineamentis

mentis conſpiciantur, attamen ne Deo videretur adſcribi ex imbecillitate virtutum eius omnes homines ſibi eſſe diſſimiles, ſæpiſſimè voluit, eſſe aliquos mira faciei vultuſque ſimilitudine perſpicuos, vt & inde diuina virtus nouis miraculis eluceret.

EXEMPLVM

De Menæchmis geminis.

APud Plautum Menæchmi gemini adeo ſimiles fuere, vt neque nutrix,neque mater quæ pepererat, dignoſceret.

EXEMPLVM

De Seruiliis geminis.

CIcero quoque Academicis quæſtionib. lib. 4. tradidit, Seruilios geminos difficile à quoquam ob ſimilitudinem dignoſci potuiſſe.

EXEMPLVM

De Arteone & Rege Antiocho.

SOlinus cap. 5. Regem Antiochum (inquit) Arteon quidam ex plebe Syriaca ſic facie æmula mentiebatur, vt poſtmodum Laodice vxor regia, obiecto populari iſto, tamdiu diſſimulauerit defunctum maritum, quoad ex arbitratu eius regni ſucceſſor ordinaretur.

EXEM-

EXEMPLVM

De Cn. Pompeio & Vibio.

SEd & inter Cn. Pompeium & Vibium humili loco natum tantus error extitit, de paribus lineamentis, vt Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij vocabulo cognominarent.

EXEMPLVM

De duobus pueris altero de Transalpina Gallia, altero ex Asia.

ADiicit Solinus & illud memorandum præcipuè. Cum Antonio (inquit) iam triumuiro Thoranius quidam eximia forma pueros velut geminos trecentis sextertiis vendidisset, quorum alterum de Transalpina Gallia, alterum ex Asia comparauerat, adeoque vna res videretur, nisi solus sermo fidem panderet, atque ideo se Antonius illusum grauaretur: Non infacetè Thoranius id vel præcipue, quod emptor criminabatur, pretiosum comprobauit. Neque enim mirum si forent pares gemini, illud nullis posse taxationibus æstimari, quod tantis spaciis diuersitas separatos plus quam geminos contulisset. Quo responso Antonius adeo mitigatus est, vt deinceps nihil se habere carius in substantia sua iactaret. Eadem & Plinius habet libr. 7. cap. 12.

EXEMPLVM

De Geminis Germanis.

EGregium est quod habet Albertus M. lib. de animal. Geminos in Germania tantæ cõformitatis se vidisse scribit, vt dignosci nullo modo possent: Verum augebatur miraculum, quod gestus iidem, animi affectiones eædem, eadem vox ac loquela. Nunquam soli seorsum, sed simul semper, quin separati paulum, ægerrimè id ferebant, vterque in ægritudinem eandem incidebat, ab eadem vterque surgebat. Repetit hoc idem Petrus Hispal. Sylu. p. 1. c. 38.

EXEMPLVM

De Gemellis Mechliniensibus.

VIues Scholio ad S. Augustinum lib. 21. ad c. 8. sic narrat. Etiam nunc Mechliniæ filii gemelli Petri Apostoli Senatoris Mechliniensis, pueri egregia forma sunt, in iis dignoscendis non modo extranei, sed & ipsa errat mater sæpe, & pater Petrum pro Ioanne & Ioannem pro Petro vocans. Hæc ille.

EXEMPLVM

De Amelico & Amico.

AMelicus & Amicus temporibus Pipini regis Francorum orti miro modo sibi consimiles.

De

De his duobus pueris, ex gestis eorum narrantur mirabilia. Vnus fuit ex Comitatu Aluernensi, alius ex milite quodam Berichano, qui cum à parentibus baptismi gratia Romam deportarentur, in Luca ciuitate se inuicem inuenerunt, & societate inter se firmata Romam ingressi sunt, tantaque inter paruulos societas atque voluntas erat, vt vnus sine alio nollet cibum sumere, nec in alio cubiculo quiescere, qui oblati summo Pontifici ab eo baptizati sunt. Multi Romanorum militum eos cum gaudio de sacro fonte susceperunt, postea mira gesserunt in vita, quæ recensenda ad longum ducerent. Quos Deus vna concordia coniunxit in vita, morte quoque separari noluit. Cum in diuersis Ecclesiis tempore Karoli sepulti essent, manè corpus Amelici cum sarcophago in Ecclesia inuentum fuit. Hartmannus Schedelius recenset in Chron. ab initio mundi in sexta ætate mundi p.185.

EXEMPLVM

De Geminis Medardo Episcopo Nouiodunensi & Gildado Episcopo Rothomagensi.

SI non vultu gemelli, tamen persæpe eadem fortuna vti inuenti sunt. Nam apud Fulgosum lib. 1. & apud Eborensem de miraculis traditur, Medardum Episcopum Nouiodunensem & Gildadum Rothomagensem Episcopum fratres gemellos vno partu, vnaque die natos, vna die Episcopatum adeptos, vna defunctos, vna

sanctis adscriptos. In quorum laudem aliquando Simon Maiolus Episcopus Vulturariensis, hoc carmen conscripsit, dum febre lecto distineretur, die eorum celebritatis, quæ est. 6. Idus Iunij.

Vna dies peperit, mitras dedit altera, mortem
Altera & in sanctos lectus vterque fuit.
Felices fratres quorum, communis origo
Vita, corona obitus, gloria, festa dies.
Quin communis erat vita & cor: dicite sed vos
Corde vno possint corpora bina regi.

EXEMPLVM

De Geminis fratribus Lupo & Apro.

PErsimile est quod contigit, sed infeliciore exitu, duobus aliis fratribus, Lupo & Apro, in quorum sepulchro hæc carmina leguntur apud Rauennam in sepulchro Theodorici regis in maris littore templo S. Mariæ Rotundæ.

Vna Ioannina domus hos produxit alumnos,
Libertatis opus contulit vna dies.
Naufraga mors rapuit pariter, quos iunxerat ortus
Et duplices luctus mors inopina dedit.

DE INNVMERIS partubus.

EXEMPLVM

De Fausta muliere Romana.

SVb Augusto Cæsare Fausta quædam ex plebe partu vno edidit quatuor geminos, mares

duos,

duos, fœminas totidem [illegible] it Solinus cap. 2. qu[illegible] addit Tro[illegible] [illegible]re, in Ægypto septenos vno vtero [illegible] aliquando genitos.

EXEMPLVM

De Horatiis & Curiatiis.

TErgeminos natos insignibus exemplis constat Horatiorum, & Curiatiorum, vt est apud Liuium Dec. 1. lib. 1. & Plin. lib. 7. c. 3.

EXEMPLVM

De quinque partu vno editis.

IN Ægypto & Græcia constat emissos vno partu fuisse quinque, vt recolit A. Gellius libr. 10. c. 2. & apud Iuristas, pro compertissimo id habetur. Nam Paulus omnium Iureconsultissimus in Iustiniani Pandectis lib. 5. tit. 4. & lib. 17. ad Plautũ iis verbis vsus est. Traditũ est quatuor pariter puellas à matre familias natas esse. Sed & nõ leues auctores tradidere, quinquies quaternos enixam Peloponnesiam & multas Ægypti vno vtero septenos. Sed & Ælius scribit se vidisse in palatio liberam mulierem, quæ ab Alexandria perducta esset, vt Hadriano ostenderetur, cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur, quintum post quadragesimum diem. Hæc ille. Sed & Caius Iurisconsultus iisdem assentitur inter Pandectas lib. 34. tit. 5.

E[illegible]LVM.

De quinque vno partu editis.

ARistotel. hist. lib.7. c.4. tradit quandam mulierem viginti edidisse fœtus, quatuor tantum vicibus enixam, quinos enim singulis vteris ediderat, minorem autem eorum partem enutriri atque adolescere potuisse.

EXEMPLVM

De quinque vno partu editis.

A.Gellius Noct. Attic. lib.10.c.2. sic habet. Aristoteles Philosophus memoriæ tradidit mulierem in Ægypto vno partu quinque pueros enixam. Sed & Diuo Augusto imperante, qui temporum eius historiam scripserunt ancillam Cæsaris Augusti in agro Laurēti peperisse quinque pueros dicunt, eosque pauculos dies vixisse matremque eorum, non multo postquam peperit, mortuam, iussuque Augusti monumentum ei factum. Quod & Albertus M. animal. lib. 9. tract.1.c.5. commemorat.

EXEMPLVM

De septem vno partu editis.

SVb Agamundo Hunnorum rege meretrix quædam vno partu in Germania enixa est septem, licet in lacu proiectos omnes peremerit,

vno

vno excepto (cui nomen postea Lanussio fuit) quem Agamundus venatione adhuc in aquis palpitantem repertum extrahi iussit, & ali, qui ipsi postea defuncto, Longobardis electis successit imperio sub Benedicto I. Papa. Scripsere id multi. Auctor annalium, quibus est titulus de initiis Regnorum, idem habet & Philippus Bergomas lib. 10. sub Iustino Iuniore, atque etiam Petr. Hispalensis Sil. cap. 32. ante hos omnes Vrsperg. anno Domini 565. cum Longobardorum res persequitur.

EXEMPLVM

De nouem filiis vno partu editis.

ANno 1081. in Bohemia in Territorio Bilnensi fœmina quædam vno partu nouem filios peperit, qui omnes baptizati fuere, Tres pueri mortui, reliqui verò ad virilem ętatem peruenerunt, latius de his Wenceslaus Hageicius in Chron. Bohem. pag. mihi 176.

EXEMPLVM

De viginti duobus vno partu editis.

MEmorat is auctor qui Scholion ad Tertulliani librum de anima conscripsit ad cap. 2. Comitissam Hirmentruldim de Artelf. viginti duos enixam fuisse.

EXEMPLVM

De triginta sex infantibus vno partu editis.

ANno 1270. in Polonia in oppido Nakel non procul à Cracouia, nobilis cuiusdam Miroslai nomine vxor Margretha, triginta sex infantes vno partu edidit, qui omnes viui fuere, & eodem die mortui, vt testatur M. Matthias Michouski in suis Chronic.

EXEMPLVM

De centum & quinquaginta infantibus vno partu editis.

SEd & admirabilius multo est, quod Albertus M. memorat, de animal. lib. 9. tit. 1. cap. 5. Verum enim sibique compertum, ait, in Germania mulierem vno partu enixam centum quinquaginta ea magnitudine articulis omnibus absolutos, qualis est digitus articularis.

EXEMPLVM

De 364. infantibus vno partu editis.

En tibi monstrosum nimis & memorabile factum,
Quale nec à mundi conditione datur.
Hæc lege mox animo stupefactus lector abibis.

MArgaretha Hermanni Comitis Hennebergiæ vxor, Quarti Florentii Comitis Hollandiæ & Seelandię filia, Gulielmi regis Romanorum ac postea Cæsaris seu Gubernatoris Imperij, atque Alitheiæ Comitis Hannonię soror, cuius Patruus Episcopus Traiectensis, auun-

culi

culi autem filius dux Brabantiæ & Comes Thuringiæ. Hæc autem illustrissima comitissa annos quadraginta duos circiter nata ipso die parasceues nonam circiter horam, anno millesimo ducentesimo, septuagesimo sexto, Trecentos sexaginta quatuor enixa est pueros, qui prius à Guidone suffraganeo Traiectensi omnes in duobus ex ære peluibus baptizati sunt: quorum masculi quotquot erant, Iohannes, puellæ autem omnes Elisabethæ vocatæ sunt, qui simul omnes cum matre, vno eodemque die fatis concesserunt, atque in hoc Laudunensi templo sepulti iacent. Quod quidem accidit ob pauperculam quandã fœminam, quæ ex vno partu gemellos in vlnis gestabat pueros, quam rem ipsa comitissa admirata dicebat: Id per vnum virum fieri non posse ipsamque contumeliose reiecit. Vnde hæc paupercula animo perturbata ac perculsa mox tantum prolium numerum ac multitudinẽ ex vno partu ipsi imprecabatur, quot vel totius anni dies numerarentur, ꝙ quidẽ præter naturæ cursum, obstupẽda quadam ratione ita factum est, sicuti hic in perpetuã huius rei memoriã ex vetustis tã manuscriptis, q̃ typis excusis Chronicis breuiter positũ & enarratũ est. Deus ille ter maximus hac de re suspiciẽdus, honorãd. ac laudib. extollẽdus in sempiterna secula Amẽ. Vera esse q̃ hic narrãtur testes sunt omni exceptione maiores. Lud. Viues, Erasmus Roterodamus, Baptista Fulgosius, Camillus Gilinus, Andreas Eborensis insignis exemplorũ cõpilator. Genebrardus

in Clemente V. Marcellus Donatus in historia Medica.cap.24. Annales Holland. & Mater histor. Nathan Chytræus in deliciis itiner. in Belgicis.

DE PARENTIBVS multos liberos habentibus.

EXEMPLVM

De duodecim Patriarchis.

NOn contemnendæ memoriæ numerus est ille duodenarius, duodecim Patriarcharum, qui simul patri matrique conuiuebant legitimo matrimonio nati, in virilem ætatem prouecti omnes. Genes. 49. vbi nomina omnium recensentur.

EXEMPLVM

De duodecim fratribus martyribus.

SCribit Alphanus Archiepiscopus Salernitanus in Africæ vrbe Adrumento à Bonifacio & Thecla legitimis coniugibus, mares filios duodecim procreatos, quorum fuere nomina, Donatus, Felix, Arontius, Honoratus, Fortunatianus, Sabinianus, Septimius, Ianuarius, Felix, Vitalis, Satorus, Repositus. Vixere ii omnes sub Sancto Cypriano, qui eos adhortatus quoque est ad Martyrium contra simulacrorum venerationem subeundum, qui fortiter perierunt. Habentur

gia de huiusmodi re carmina apud
am Tom.4.

E x e m p l v m

De duodecim filiis, Marcell. Centurionis.

Vere alii duodecim filii Marcello Centurioni in ipsa etiam Africa Tingi Mauritaniç, qui omnes eum ipso Patre egregiam subiere Martyrij gloriam post defunctum iam Cyprianum, Fausto & Gallo Coss. anno Domini 298.

E x e m p l v m

De duodecim filiis Tancredi.

FVere & duodecim filij Tancredi Apuliæ regis, qui tametsi humana prudentia fortitudineque præditi essent, attamen nihil superest de eorum virtute reliqua, nulla memoria, sicuti de illis martyribus, in cœlo regnantibus. De iis Tancredi duodecim filiis Anton.tit.15. c.4. §.3.

E x e m p l v m

De duodecim fratribus Noruegis.

FVere & in Noruegia duodecim germani fratres fortissimi, qui vnanimes Haldano, Suetiæ regi suis excursionibus plurimum negocium fecerunt, ipso illo seculo, quo Christus Dominus noster Patris verbum caro factum est, vt Krantzius memorat Suet.lib.1.c.40.

EXEMPLVM

De populari fœcunditate.

Viues ad S. Augustinum de ciuit. Dei c. 8. recolit, de quadam vili gente his bis: Fuit memoria patrum vicus pene cent domorum in Hispania, cuius omnes incolæ er à sene quodam, qui adhuc viuebat, progeniti, ita vt propinquitatis nomen iam deesset, quo à minimis natu vocaretur, lingua enim nostra supra abauum non ascendunt: Hæc ille.

EXEMPLVM

De Artaxerxe 115. filios habente.

Vt tradit Iustinus, Artaxerxi, centum quindecim, filii fuere tres tantum iusto matrimonio nati.

EXEMPLVM

De Comite Babone 32. filios habente.

Comes Babo de Abensperg triginta duos filios legitimos natos & filias octo duab. vxoribus suscepit, quos omnes ad Henricum Imperatorem Sanctum (is erat secundus eius nominis) deduxit in comitiis Ratisbonensib. vt memorat auctor Annalium Metropolis Salisburg. Episcopo trigesimo Salisburgensi.

EXEM

EXEMPLVM

De Rege Gilolo.

TRadit Antonius Pigafetta Regem Gilolo (Insula est inter Molucas) sexcentos filios ex se genuisse, eosque viuentes omnes sibi obsequi solitos. Quia addit & alium regem, sexcentos & quinquaginta suo è corpore filios procreasse, eosque vidisse viuentes: Sed & Ziambæ eiusdem Orientalis Indiæ Regis fuisse filios 325. tradit Marcus Polus lib. 3. c. 6.

EXEMPLVM

De Andrea Tiraquello Gallo.

ANdreæ Tiraquello Gallo insignis eruditionis viro, quod vel ipsa volumina edita testantur, triginta liberi iustis nuptiis fuere, atque inter eos plurimi, & ipsi eruditionis paternæ velut hæredes admirandaque eo magis fertilitas huiusmodi fuit, quod ipse esset abstemius: hanc rem vel ipsius Tiraquelli filii carmine ita decantarunt:

Fœcundus, facundus aquæ Tiraquellus amator
Bis quindecim liberorum & librum parens:
Quid ni restrinxisset aquis abstemius ignes?
Implesset orbem prole animi atque liberis.

EXEMPLVM

De muliere matrimoniata ad 20. viros.

DAmaso Pontifice Romæ homo reptus est, q fuerat viginti vxorũ defunctarũ vir. Erat & mu-

& mulier quædam, iam duobus & viginti v
superstes. Duo igitur sese matrimonio iun:
tant, ciuibusque omnibus magna orta expecta-
tio est, vter ipsorum præmoreretur. Præmortua
vxore populus virum superstitem coegit à lugu-
bri funere abstinere: quin vt lauro coronatus
palma præ manibus, tanquam victor funus sequi
iussus est. Ex S. Hieron. tract.3. p.3. Epistola 26.
deque ea re scripsere etiam Iuristæ pro iuris di-
cendi oportunitate. Nam Tiraquellus id habet
lib. de legib. connub. Boer. decis. 186. Cœl. Rho-
diginus antiquit. lib. 14. c. 8. & alii plures.

EXEMPLVM

De muliere nono anno grauida.

TEstatur Albertus M. in 4. sentent. lib. vidis-
se puellam nono anno redditam prægnan-
tem, decimo peperisse, quod etiam affirmat S.
Anton. Flor. lib. de impedim. matrim. c. 24.

EXEMPLVM

De mulieribus semel tantum parientibus.

EST apud Plinium, lib. 7. cap. 2. vbi memorat
septimo anno quasdam mulieres parere, ac
semel tantum, quadragesimum verò vitæ an-
num non excedere senio confectas easque
iunctas esse Macrobiis.

EXEM-

EXEMPLVM

De puero bicorpore in agro Florentino nato.

FRanciſcus Petrarcha lib.4. de rebus memorandis tract.6.c.21.In agro Florentino, puerum bicorpori effigie geminis capitibus,quaternis manibus, circa genitales partes connexum, ſic vt non amplius quàm in geminos pedes deſineret. Viderunt illic omnes,&c. Et in fine eius tractatus.

De monſtro quod natum eſt in Comitatu Florentinorum,cuius effigies ſculpta eſt in Hoſpitali ad ſcalas.

Huc Petrus Paulusque vno ſub corpore bini
Fabrica naturæ mira iacemus humo.
Cuique ſuum fuit & manuum fuit oris opuſque
Veſicæ, aſt vnum ventris opuſque fuit.
Iunxere extrema partes nos corporis ambos
Quas neuter ſimul & dicat vterque ſuas
Neutra ex parte pedes,capita ex vtraque fuerunt.
Bina ſed è medio corpore planta fuit.
Bina fuit medio quà corpore planta deorſum,
Pendebat, ſurſum quinta erat vna manus.
Non vero nobis vnus ſomnuſque cibuſque
Nec riſus nobis fletus & vnus erat.
Somno membra dabat vnus, ridebat at alter
Surgebatque vnus,flens quoque & alter erat.
In Florentina natos nos fluminis Arni
Valle dedit patria nos pia cura patris.

Inde

Inde alti & sacro pariter de fonte leuati
Viximus ambo decem bis totidemque dies.
Quid nunc Neptunum? Quid nunc Ianumque bifrontem
Miraris? Stygii terna quid ora canis?
Et quid Geryonis tria corpora? scilicet vnum
Nos corpus binas nos animasque lege.

ASSERTIO
De partu septimestri.

SEptem planetæ maximam habent potestatẽ atque operationẽ in hominis generatione, quoniam secundum Astrologos, Galenum & cæteros medicos cum mulier concepit,

In primo mense dominabitur ibi Saturnus, qui semen in matrice mulieris receptum coagulat & condensat frigiditate, & siccitate sua iuxta illud Iob.10. Sicut caseum me coagulasti.

In secundo mense Iupiter ibi membra & sanguinem tribuit, & si sit masculus anima rationalis à Deo infunditur scilicet quadragesima die, à die cõceptionis computanda, vt notatur in L. Diuus D. de extraordinar. criminib.

In tertio mense Mars subtiliat sanguinem, & humores condensat & ordinat & componit, & à Deo anima rationalis infunditur Embryoni si est fœmina, die octogesimo pariter à die conceptionis computanda, vt not. in gl. fin. in cap. 1. 5. dist.

In quarto mense Sol ibi vitalem calorem, & Spiritum capiti, & cordi tribuit.

In quinto mense Venus organa sensibilia, & offi-

officialia membra, scilicet aures & nares & similia perficit & disponit.

In sexto mense Mercurius omnia foramina corporis componit.

In septimo mense Luna suis limitibus mẽbra diuidit. Et in hoc septimo mense (quia non sunt nisi septem planetæ, conceptui principaliter operantes,) nascitur partus perfectus, vitalis & salubris. Textus est de auctoritate Hippocratis in l. septimo mense. D. de stat. homin. & sufficit intrasse in septimo mense per duos dies, textus est in l. in testam. §. fin. D. de suis & legit. hæred. & notatur in d. l. septimo mense. ideo si nascatur puer in septimo mense, post nuptias iustas, præsumitur legitimus. Bald. in l. iura constitui oportet, cum l. seq. D. de legib. sed pro hoc textus est clarus in d. l. septimo mense. Si autem in hoc septimo mense, partus nasci distulerit & nascatur in octauo mense, tunc partus moritur, quia Saturnus redit super eo, qui frigiditate & siccitate sua partũ mortificat, alias rationes refert Cœlius lib. 11. c. 1. anima certò quando spiritus est, in sicco habitare non potest, text. in c. Moses 32. q. 2. ꝙ facit valde pro Normannis, Anglicis, & Polonis, vt possint bibere fortiter ne anima habitet in sicco, vt dicitur ibi Coloss. in verbo. In sicco. Si vero nasci distulerit in octauo mense & nascatur in nono hinc redit Iupiter, qui suo calore tẽperato, partũ refouet & custodit taliter, ꝙ nascitur vitalis, sed si partus distulerit, nasci in nono mense, nasci poterit in decimo, in quo redit Mars ꝗ sui

caloris

caloris & ſiccitatis beneficio partum facit regredi iam robuſtum, facit text. in L. Gallus. in pr. ibi in decem menſib. proximis. D. de lib. & poſth. in l. fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. Salomon verò decem menſium tempore fuit nutritus in vtero, vt habetur Sapient. 7. in princ. & etiam capiendo menſem pro 30. dieb. Chriſtus natus fuit in decimo menſe poſt quinque dies, vt dicit G. Bened. in ſua repetit. c. Rayn. in verbo. Et ſobolem quam geſtauerat in vtero. n. 28. Extr. de teſtam. vbi ponit quatuor miranda quæ fuerunt in conceptione virginis. Vltra verò decem menſem mulier conceptum non portat in ventre, vt d. l. inteſtato. §. fin. de ſuis & legit. hæred. ſaltem vltra duos dies in menſem vndecimum, vt Auth. de reſtitut. & ea quæ parit in vndecim. menſe poſt mortem viri. §. Vnum ſiquidem ver. Quaobrem. vbi bona Gl. in verb. perfecto. col. 4. in quo vndecimo menſe redit ſol ſuper partum qui vitalitatem, calorem & ſpiritum epati & cordi refouet. Plin. li. 7. nat. hiſtor. c. 5. Ariſtot. in libr. de animal. Iaſon in d. l. Gallus. De huiuſmodi tempore partus quæſierunt, & Medici & Aſtrologi, vt dicit Aulus Gellius in noctib. Atticis lib. 3. c. 16. qui ibi plura diſſerit. Tandem in fine illius c. refert Senatum adiudicaſſe bonorum poſſeſſionem nato in vndecimo menſe. Quoniam nullum certum tempus ei ſtatutum videretur, & ibi etiam ponit de natis in octauo menſe, qui non ſunt vitales, quod reprehendit Picus Mirandula lib. 3. ſuar. diſputat. 18. c. & in eodem lib.

lib.25.c. dicit astra in his inferioribus nihil agere, nisi per modum causæ vniuersalis, sed non in particulari, quem allegat idem Benedict. loco præalleg. n.31.

De Pedibus.

Pedes magni, id est grossi in carne, & longi in figura, ac duræ pellis, significant hominem simplicem, fortem, grossi nutrimenti, tardi intellectus & vanum. Cuius pedes sunt tardi, subtiles, macri ac pellis mollis significāt hominem boni intellectus, alti ingenii, timidum, debilem, sagacem, fatigabilem, parui laboris & cito credentem.

EXEMPLVM
De hominibus vno pede.

GEntes apud Indos reperiuntur vno tantum pede, saltuatim perniciterque currere nec poplitem flectere, sciopodasque nuncupari, quod per æstum in terra iacentes resupini vmbra pedum protegant. Solin. c.83. fuisseque pictos in foro Carthaginensi iuxta portum testatur S. Augustinus lib. de Ciuit. Dei 16.c.8. neque id incredibile esse profitetur. Habet eadem & Plinius lib.7.c.2. Gellius lib.9.c.4. Isidor. li.11.c.3.

EXEMPLVM
De hominibus Hippopodibus.

ISidorus lib.11.c 3. scribit aperte gentem esse, quę humano sit corpore, equinis autē pedibus

conspiciatur. Et Mela & Solinus non videntur diffiteri homines esse posse equinis etiam pedibus. Mela etenim lib.3 c.3. In Insulis Oonis Septentrionalis maris sunt Oones (inquit) qui equinis pedibus sunt, Hippopodes dicuntur. Cui astipulatur & Solinus c.21. dicens. Hippopodes humana vsque ad vestigium forma in equinos pedes desinunt, expressim verò homines esse huiusmodi, qui apud Oones nascuntur, equinis pedibus, explicat Plinius lib.4.cap.13.

EXEMPLVM
De Mare.

MAres ex Erypia, qui tempore Noah vixit in Italia, fuit pedibus equinis, sed deformitatem corporis animi donis, sapientia, ingenio, prudentiaque superauit. Hic dicitur vixisse annos 120. & tertium à morte resurrexisse. Ælian. Conradi Lycosth. in lib.1. mirac. Dei p. mihi 10. Vide de mirac. mortuor. part. 2. c.8.

EXEMPLVM
De varis & valgis.

NAscuntur quidam vari qui introrsus, nascuntur & quidam varii, qui & valgi, qui extrorsum intortos pedes habent.

EXEMPLVM
De Maximino Imp.

MAximinus Imp. anno ab V. C. 987. fuit ingentis staturæ vir, adeo vt pedes octo exce-

excederet. Pedem habuit tantæ magnitudinis, vt postea in prouerbii locum cesserit, cum de longis & ineptis hominibus diceretur: Maximini caligam requirit: Hartmannus Schedelius sexta ætat. mundi p. 132.

EXEMPLVM

De Simeone in columna.

SImeon Antiochenus in columna dictus, ex vtero matris electus, de quo mira referũtur. Is primo egit vitam monasticam, inde vt ferunt in puteo priuato aqua habitans. Tandem verò annis quadraginta in finem vitæ suæ super columnam stetit, refert Hartmann. Schedelius in Chron. in ætat. 6. p. 165.

EXEMPLVM

De S. Lucia virgine.

QVando S. Lucia virgo, vt tradit Ado Treuerens. idib. Decembr. de pudicitia à Pascasio tentabatur, respondit, adeo forti animo: Si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam, iussaque exponi à lenonibus, adeo immobilis fixaque loco stetit, vt nec funib. nec boum viribus dimoueri tantillum potuerit, neque adiecto igne vlla parte lędi. Marcellus lib. 4. testatur mille homines, mille quoq; iuga boũ loco eam dimouere non potuisse.

De Genubus.

Genua pinguia significãt hominẽ timidũ, libe ralem, vanũ, pauci laboris, cui⁹ genua sunt macra

significant hominem fortem, audacem, secretum & boni itineris.

De Cruribus.

Crura hominis habens magnas pulpas retrorsum eo quod caret cauda. Sciendum est, quod Aristoteles dicit in libro animalium, Omne animal carens pulpa magna in crurib. habet caudam alicuius substantiæ, vt pilorum, &c. Cuius crura sunt grossa ossibus & carne ac pilosa significāt hominem fortem, audacem, sagacem, securum, grossi ingenii, pigrum, tardum & duræ capacitatis. Cuius crura sunt subtilia, & non benè pilosa significant hominem debilem, timidum, intellectus boni, fidelem, seruitialem, & raro luxuriosum. Cuius crura sunt omnino nuda à pilis significant hominem castum, debilem & cito pauidum. Cuius crura sunt valde pilosa, significant hominem pilosum circa genitalia & luxuriosum, sæpè vanum, simplicem & instabilem vel abundantem malis humoribus.

De Cursoribus.

Tartaricis quibusdam locis comperti sunt vnico in pectore brachio esse vnicoq; crure ac pede: Sagittariorum tamen officium implere binos ac binos, dum alter arcum, alter sagittam vibrat: Sunt ij miræ pernicitatis, quandoquidem manu simul ac pede tanta celeritate currunt, vt equos anteuertant, cum autem brachio defatigati fuerint, pede tantum saltib. currunt. Id recolit Ioannes Apostolicæ Sedis Legatus ad Tartaros, & alii nuncij sedis & tandem

Vincent.hist.lib.31.cap.16. Anton.tit.19.cap.8.
18.lib.1.cap.14.

EXEMPLVM

De Lixitis Africæ hominibus.

HAnno Carthaginensis scripsit Lixitas Africæ homines longe excellere equos cursu. Cui consentit Leonius Afr. rerum scriptor.p.2. scribens in Anchisa monte non procul Athlante, quemlibet singularem peditem duob. equitibus pugnando virtute obsistere posse.

EXEMPLVM

De Troglodytis & Indis Marianis.

SOlinus 60.cap. tradit Troglodytas equis velociores esse, reliquas quoque feras cursu anteuertere, quod & Plinius tradit lib.7. cap.2. & cap.20. Sed & recentiores, qui orbem lustrarunt, tradunt in occidui noui orbis Marianes prouincia, Indos adeo cursu valere, vt ceruum diem integrum insequantur, donec lassitudine fessum viuum intercipiant aut occidant. Aluarus Nuguez, Petrus Hispal.Sylu.p.5.cap.7. narrat eam pernicitatem præcipue esse incolis Insulæ Floridæ. Sed & in Aquilone tanta comperta est pernities in Scritonfinnis hominibus, vt cursu feras anteuertant.

EXEMPLVM

De Haraldo Hibernico nobili.

IN occidente compertus est Hibernicus Nobilis vir Haraldus nomine, admirandæ vi pernicitatis, deposito enim pignore cursu, cum citatissimis equis contendebat, vt equinus illum cursus æquare non posset. Krantz Norueg. libr. 5. cap. 6.

EXEMPLVM

De Dauide.

DAuid puer Leonem & vrsum cursu anteuertebat, vt ex sacris litteris apertissimũ est lib. 1. Reg. cap. 17.

EXEMPLVM

De Lada.

SOlin. cap. 6. Primam palmam Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerem cursitauit, vt arenis pendentibus, nulla indicia relinqueret vestigiorum.

EXEMPLVM

De Polymnestore Milesio puero.

POlymnestor Milesius puer cum à mane locatus esset ad caprarios pastus ludicro leporem consecutus est, & ob id statim productus à gregis domino Olympiade sexta & quadragesima, vt Bocchus auctor est, Victor in stadio meruit coronam.

EXEM-

EXEMPLVM

De Philippide.

PHilippides biduo mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lacedæmonem decurrit. Anistius Lacon, & Philonides Alexandri Magni Cursores à Sicyone Elin vsq; mille ducẽta stadia vna die transierunt. Fonteio Vipsanoq; Coss. in Italia octo annos puer natus, quinq; & 40. passuum millia à meridie transiit ad vesperã.

EXEMPLVM

De Philonide.

DE Philonide Plin. lib. 2. c. 71. addit id itineris totum confecisse nouem horis, indeq; quamuis decliui itinere tertia noctis hora remensum fuisse, quod est longe admirabilius, quam quod Solinus narrat, quanquam lib. 7. c. 20. idem prorsus habeat, vt Solinus scripsit.

EXEMPLVM

De Tabellariis in Mexico.

REferunt Neoterici qui orbem lustrarunt, in nouo orbe in Mexico Temistitan, tabellarios non minore celeritate percurrere eadẽ terrarũ spacia, vt eq̃ solẽt, fuisseq; nonnullos, q̃ quatriduo leucas septuaginta trãsuolarint. At comptũ est, vbi succedere sibi solẽt tabellarii videlicet,

singulis quaternis leucis vnica die literas fuisse delatas vltra leucas septuaginta quinque, nostro Romano more ad millia passuum trecentorum.

Exemplvm

De Maria Ægyptiaca.

PAulus Diaconus in vita D. Mariæ Ægyptiacæ sic habet: Cum nona Aprilis die de manu Zozimæ sacram communionem illa sumpsisset, eadem defuncta est, peracto tanto terrarum spacio vnius horæ interuallo, quantum Zozimas per viginti dies ambulans vix consummauit laborans.

Exemplvm

De Virgine Aurelia.

REfert Munsterus lib. 3. Cosmographiæ cap. 253. de vrbe Lindauia; quod in castro versus meridiem vrbis Lindauiæ in stagno iuxta Nosocomium, & pontem naualem sanctæ virginis Orillæ siue Aureliæ corpus requiescat, quæ aliquando tempore persecutionis vno passu à Fussaco, vnde nomen oppido illi contigit cis lacum miliare distanti, vsque ad Lindauiam in prædictam castrum, vbi sepulchrum eius in hunc vsque diem cernitur, supergressa fuisse dicatur.

DE

DE CVTE.

EXEMPLVM

De Ludouico Rege Hungariæ.

LVdouicus Vladislai regis vnicus filius nascebatur absque cute, quæ medicorum ope parabatur, rex eligebatur anno secundo ætat. Nuptias celebrabat anno 15. finiit vitam anno vigesimo.

EXEMPLVM

De Ioanne Friderico Duce Saxoniæ.

HIc natus est in hunc mundum anno 1503. & refertur in dorso secum attulisse aurei coloris crucem figuratam, vt testatur Theatr. heroicum Ioan. Engelb. Nopsc.

EXEMPLVM

De Gente villosa.

MEla lib. 3. cap. 4. homines scribit esse hirsutos toto corpore, præter capita ferarum more esse Carmanios, qui sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant, carneque vescuntur.

EXEMPLVM

De Anthropophagis.

IN Insula Buthuan pilosi feri atquè Anthro-

pophagi sunt, vt scribit Pigafetta: ii etenim occisorum hominum cor deuorant.

EXEMPLVM

De Chelenophagis.

SVnt & Chelenophagi, siluestres hirsuti præter faciem, quæ lenis est toto corpore, vestiũtur coriis piscium, vt habet Solinus c. 55. & Plin. lib. 6. c. 24. Gorgones quoque hirto sunt corpore mira pernicitate valentes Plin. li. 6. c. 31. Quib. accedunt quos retulit ex peruetustis scriptorib. Aul. Gellius lib. 9. cap. 4. videlicet quosdam esse hirtos corpore non villis, sed auium more plumantes esse.

DE OMINIBVS nascentium variis.

EXEMPLVM

De S. Dominico.

DOminicus Hispanus vir sanctitate & doctrina plurimum decoratus, prædicatorũ dux & Pater inclytus, ac Christianæ religionis quasi maritimum sydus, natus est in Calogura pago Oxoniensis diocef. Cuius Pater Felix appellatus, mater Iohanna, quę pręuidit in somnis, se gestare catulum ore accensam faculam baiulantem, qui egressus ex vtero totum mundũ incendere videbatur, præfigurans ex ea prædicatorem eximium nasciturum: fuit enim vitiorum mirabilis obiurgator, oppugnator hæresum, fidelium

delium diligentissimus exhortator, ab infantia quoq; cũ eo miseratio creuerat, ex Canonico autem regulari à Deo vocatus cum fratribus sociis prędicatorum ordinem incredibili feruore fundauit. Hartm. Schedelius in Chron. in sexta ætat. mundi. pag. 232.

EXEMPLVM
De S. Brigida domina Suetiæ.

Brigida deuotissima Christi mulier natione Germana Suetiæ prouinciæ domina & Princeps, ex regum progenie non solum illustrẽ duxit originem, verum de nobilibus deuotisque progenitorib. ortum habuit, cuius genitor speciali amore sanctum Iacobum visitans, omni die Veneris ob memoriam passionis confessionem peregit. Mater cum Brigidam in vtero gestaret, naufragium passa ob prolem saluata fuit. Nata autem puella tribus annis quasi elinguis obmutuít, inde perfecte loquebatur. Hæc libros reuelationum, de diuersis mysteriis sibi reuelatis composuit. Hartman. Schedel. in Chron. sexta ætat. mundi f. 260.

EXEMPLVM
De Virgilio Marone.

P. Virgilius Maro poetarum Princeps natione Mantuanus, natus in pago qui Andes dicitur. Mater eius Maia se enixam laureum ramum somniauit, haud dubium prosperæ geniture omen, hinc & Virgilius Bucoli. Eclog. 4.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Vbi

Vbi vult Donatus, quod Nannio placet & Germ. Virgilium hoc loco allusiſſe, ad ſuas ipſius cunas inſignes religione virgæ populeę. quæ ipſo natiuitatis Maronis die depacta & mandata terræ, ita coaluit ac ſe ſuſtulit, vt modico tempore æquarit cacumina altiſſimarum pinuum; ac demum puerperarum votis Virgilio conſecrata, nobiliſſima arbor euaſerit.

EXEMPLVM

De Diadumeno Imp.

LAmpridius: Eadem die qua natus eſt, Pater eius purpuras forte inſpexit, & quia in agro patris eius oues purpureas duodecim ferunt natas, omen acceperunt imperii Diadumeni, apud Macrobium enim ſcriptum eſt. Purpureo aureove colore ouis arieſue ſi aſpergetur Principi ordinis, & generis ſumma cum felicitate largitatem auget, genus progeniemque propagat in claritate, lætioremque efficit.

EXEMPLVM

De Alexandro Seuero.

IDem omen Alexander Seuerus habuit apud Lampridium.ibi. Quia ouum purpurei coloris eadem die natum, qua ille natus eſt, & quia mater eius pridie quam pareret, ſomniauit, ſe purpureum dracunculum parere.

EXEM-

EXEMPLVM

De Albino.

IDem omen habuit & Albinus. Nam ipsi apud Capitolium imperium portendit bos natus purpureis cornibus. Maximinus ad obtinendum summum imperium, hoc habuit Prognosticon ex purpureo colore. Vitis enim attulit intra annum ingentes vuas purpureas.

Antonino Getæ apud Spartianum agnus natus, qui vellus in fronte purpureum haberet.

EXEMPLVM

De Aureliano.

VOpiscus: Aureliano factum est omen ad imperium, nam infans inuolutus est à matre crepundiis factis ex palliolo purpureo: nam matri natus est vitulus purpurantibus maculis: nam illo nato natæ etiam sunt rosæ purpureæ. Hæc Vopiscus. Purpura enim cum regum sit per eam indicari regnum credebant, vt etiam scribit Artemid. lib. 2. c. 3. καὶ τῷ ἀξιώματι κατάλληλον εἶναι, τιμὴν καὶ εὐδοξίαν προαγορεύει, cum dignitati conueniat, præsagit honorem & nominis claritatem.

EXEMPLVM

De Elya Propheta.

HIc ex Arabia erat Thesbites, cum nasciturus esset pater eius Sobacha, vidit illum ab

Ange-

Angelis albicantib. salutari & igne tanquam fa-scis inuolui, & flamma ignis veluti cibo ali, & Hierosolymam profectus rem istam indicauit; dictumque illi est ex oraculo, ne timeret: fore enim, vt puer nasciturus in luce habitaret, & quæ diceret firmam sententiam haberent, iudicaretque Israelem in gladio & igni. Doroth. Episcop: Tyri in Synops.

EXEMPLVM

De Elysæo.

Hic erat ex Abel buel terra Rubin, & illius gratia factum est portentum. Cum enim natus esset in Gargalis, damalis aurea adeo exclamauit acute, vt Hierosolymis audita sit, dixeritque propheta quisquam: Natus est Hierosolymis propheta, qui sculptilia & conflatilia illorum deturbabit. Doroth. Episc. Tyri in Synops.

EXEMPLVM

De Galeacio Maria Vicecomite Mediol.

Volaterranus Philologiæ lib. 25. in Matthæi Magni Vicecomitis Mediolanensis filii nati maioris natali nocte euenisse memorat, in qua videlicet non cessarunt Galli, vel ad tædium coccissare. Vnde & Galeatio nomen illi inditum est. Et sic facundia laudeque militari floruit, inquit Iouius, vt principum suæ ætatis famam [illegible] clarissimam facile obscu-

EXEMPLVM

De filio Ioh. de Lignano.

TEmpore Papæ Martini Io. de Lignano Iuriſconſultus doctiſſimus & Aſtronomus celeberrimus præuidens, ex genitura filiũ quendã ſuum cruci affigendum, volensque fatali geneſeos diſpoſitioni ſuccurrere, eum ſacris initiari ac liberalib. diſciplinis apprimè fecit erudiri. Sed nec ſic quidem euitare potuit vim fati. Nam cũ eum patria Bononienſis pro pace componenda, ad Martinum Pontificem Maximum Legatum miſiſſet, & ipſe magis ad exitium, quam cõmodum Patriam clanculo prodidiſſet Pontifici, idque poſt reditum domi innotuiſſet, eum nocte patibulo affixerunt. Quem illuceſcente die cum Pater pendentem vidiſſet deplorãs inquit, Heus fili mi tuum infeliciſſimum fatum, nec humanis litterarum adminiculis, nec diuinis miniſteriis ſuperare potuiſti.

EXEMPLVM

De Clodouco rege Francorum Christiano I. & eius baptiſmo.

CVm Clodoueus rex Francorũ primus Chriſtianus medio Clotildis eius vxoris filię regis Burgund. baptizaretur, angelus de cœlo, quem Michael fuiſſe putãt, ampullã oleo plenã attulit, quo adhuc hodie liniri ſolẽt reges, cũ ſacrantur & vngũtur. Fuerũt & tũc diuinitus Lilia de cœlo miſſa, quib. ipſe Clodoue⁹, & q ſequuti ſũt reges, Francię

Franciæ, pro armis ac insignibus, ab illo tempore vsi sunt loco trium bufonum & vtentur in perpetuum, vt dicit Guaguinus lib. 1. cap. 8. Hinc etiam videtur, quod reges Franciæ post regnum adeptum virtutem habere dicuntur, vt de regno Franciæ rex vnum morbum curet, qui dicitur morbus regum, & ampulla illa oleo plena adhuc est in Abbatia S. Remigij in ciuitate Rhemensi, & apparet oleum solum tempore, quo sunt coronandi reges Franciæ, quo tempore oleum, & non alio tempore apparet, vt est notorium in tota Gallia, vt refert Bartholomæus Chassanæus in Catalogo Gloriæ mundi part. 5. consider. 31.

EXEMPLVM

De Iohanna puella de Orleans.

Elizabetha de Arca Lotharingia fœmina, ex pago Vaucoleur, prægnans cum Iohanna puella de Orleans somniauit se parere grande tonitru, postea accidit, quod ex voluntate diuina puella Ioanna suppetias venerit Aurelianensib. & pulsarit Anglos ex Francia miraculose, vt refert Baptista Fulgos. latius vide in mea Sibylla. cap. Num virgo possit esse miles armat.

EXEM-

DE NATIVITATIS & mortis eodem die anniuersario.

EXEMPLVM

De Francisco Bandino Florentino.

FLorentino ciui Francisco Bandino Abbati in aula Romana notissimo id accidit, vt qua die natus est 19. Decembr. eadem postea sit defunctus, vt quater nouennalis numerus rebus suis acciderit, decima nona die natus, decima nona defunctus, ętatis annum agens vigesimum nonum, cum ageretur annus domini millesimus quingëtesimus septuagesimus nonus, quod adnotauit, qui illi sepulchrale elogium conscripsit Romæ in æde S. Syluestri in Quirinali.

EXEMPLVM

De Carolo V. Imper.

TRadunt historici & meminit Scleidanus in Ecclesiastica historia Carolum V. Imp. iisdem Kalendis quibus natus erat, nempe 24. die Februarii, Franciscum Gallorum regem deuicisse, captiuumque fecisse apud Ticinum Insubriæ vrbem, in illa quoque augustale diadema de manu Pontificis Romani Bononiæ suscepisse, de Germania triumphasse, Imperio se abdi-

casse, habuit autem in ortu Capricorni sydus, vt Cardanus confitetur.

EXEMPLVM
De Gregorio XI. P. R.

QVo ad numeros, in omni humano genere nulli plures concurrere septenis, scilicet, quàm in Gregorio vndecimo Romano Pontifice, ac non modo septies septem, sed vndecies septem, cum ipse esset eius nominis vndecimus Pontifex septimo supra decimum anno factus Cardinalis, septem supra triginta annos in illa dignitate agens sit Pontifex, septimus erat ex iis Pontificibus, qui Auenione sederant, electus à septem supra decem Cardinalib. septimo decies repetito anno vrbem Romam Pontificiæ Maiestati veluti postliminio exilioue liberatam, repetita sede decorauit: septem annos in Pontificatu peregit, septimo ab electionis die consecratus & coronatus. Electus fuit anno Domini septuagesimo trecentesimo post millesimum, deseruit vrbem Auenionem in qua portæ septem numerantur, Plateæ, palatia, Collegia, Parochiæ, cœnobia virorum ac mulierum septem, migrauit Romam septem collibus insignem, ter septem triremibus, omne è Gallia in Italiam iter confecit, vt ita coniiciatur, omnem lucem maiestatẽque Romanæ vrbis non potuisse illustriori modo repeti, nisi tot septennalib. numeris in vnum collectis.

DE

DE NATIS CVM certo signo.

EXEMPLVM

De familia Lepidorum.

IN Lepidorum gente tres intermisso ordine obducto membrano oculo geniti memorantur. Plin. lib. 12. c. 12.

EXEMPLVM

De familia Seleuci.

SEleuci filii nepotesque anchoram in fæmore secum attulisse feruntur. Iustin. lib. 15.

EXEMPLVM

De familia Daci.

DAci in brachio certum aliud quoddam generis sui insigne ad quartum vsque partum ostendisse perhibentur. Plin. lib. 7. c. 11.

EXEMPLVM

De familia Pythonis.

IN corporibus liberorum Pythonis Nisibensis hastæ figuram signum Spartanis conueniens, post multi temporis reuolutionem, tanquam ex altissima generis similitudine emicuisse verum est.

EXEMPLVM

De familia Colleonorum.

BErgomi in Colleonûm familia, (quam vnus maxime illustrauit Bartholomæus ille, cuius adhuc Venetiis ad DD. Ioannis & Pauli erecta visitur statua equestris) peculiare fuit, mares vt plerunque tribus nasci testiculis, ob idque adhuc eius familiæ symbolum tribus nigris testiculis esse notatum atque insignitum certum habetur. Histor. Venet. Nicol. Remigius in dæmonolatria lib. 1. cap. 6.

EXEMPLVM

De Georgio Castrioto Scanderbeego.

GEorgius Castriotus dictus Scanderbeg Princeps Epirotarum signum Acinacis in lucem secum attulisse fertur.

EXEMPLVM

De Gente Anglica quadam caudata.

IN Anglia, cum missus à Gregorio Magno Augustinus verbum Dei prædicans irrisioni esset genti in Dorocestria, qui ranarum caudas vestibus illius appendebant: gens illa cum posteris caudas sicut pecudes refertur habere. Guiliel. Nang. Genebr. in Gregorio M.

DE NON NATIS.

EXEMPLVM

De C. Iulio Caes.

C. Iulius Cæsar ex matris vtero cæsus est, vnde & Cæsaris nomen adeptus, vt expresse tenet Glycas annal. part.3. circa pr. nam cum mater ipsius mense nono, ex quo prægnans fuerat, è viuis excessisset, vtero secto, viuus & incolumis inde sumptus perhibetur esse. Et videtur natura singulari modo cum eo, vtpote qui & primus & solus Romanum tenuit Imperium Monarcha, agere voluisse.

EXEMPLVM

De Gorgia Epirota.

Valer. Maximus lib.1. c. vlt. refert Gorgiam quendam Epirotam in funere matris suæ vtero elapsum, & inopinato vagitu lectum ferentes consistere peregisse, & ita matrem fato functam peperisse, Gorgiam ante elatum quam natum fuisse.

EXEMPLVM

De Edouardo rege Angliæ.

Edouardus rex Angliæ Henrici 8. filius, ex vtero matris cæsus regnū adeptus anno ætatis 9. refor-

9, reformabat Ecclesias consilio & ope Thomæ Cromeri Archiepiscopi Cantuariensis anno Domini 1547.

EXEMPLVM

De Burchardo ingenito.

BVrchardus Comes de Lintzgouia & Bucchorn Abbas S.Galli 20. non naturali modo in lucem mundi venit, sed ex vtero matris cæsus est. Vnde nomen Ingeniti sortitus fuit, teste Io.Stumpfio in Chron.lib.5.c.5.de Durgæa.

DE NATIS SINE PATRE.

EXEMPLVM

De Melchisedech.

HIc Melchisedech, rex Salem erat sacerdos Dei altissimi, qui occurrit Abrahæ reuertenti à cæde regum & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impertitus est Abraham, qui primum quidem ex interpretatione dicitur Rex Iustitiæ, deinde verò etiam rex Salem, quod est rex pacis, ignoti Patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierum, neque vitæ finem habens, sed assimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum. Gen. c. 14. Ep. ad Hebræos 7.

Exemplvm

De Iesu Christo Saluatore.

MIraculosissimè natus est Saluator ac redemptor noster Iesus Christus Dei filius ex Maria Virgine, Imperii Augusti Cæs. qui tum orbi imperitabat anno 42. Quirino tum præside Syriæ, vniuerso orbe pacato in Bethlehem Iudæ, quem Maria angelo annunciante ex Spiritu Sancto concepit & peperit, ad abolendam humani generis labem, propter primorum inobedientiã contractam, qui nascendo, viuendo, moriendo & resuscitando & in cœlum ascendendo, vt Deum se ostenderet, multa & inaudita miracula fecit, quæ ex familiariss. Euangelij historia patent.

Exemplvm

De Merlino vate Anglo.

MErlinus Anglus vates insignis ex regis filia Monacha & incubo dæmone natus scribitur. Huius mater Demetię regis filia, quę inter quasdam Monachas S. Petri enutrita virum nũquam cognouisse contestata est. Sed aliquando dixit, visum ei fuisse quendam pulcherrimæ speciei virum eam fuisse amplexatã, indeq; euanescentem grauidã se cognouisse, & illũ tandẽ peperisse, ac postea in magnũ virum euasisse. Huius autem Merlini instinctu Vortigerius Britonũ rex Christi fidem in immensum auxit, cui successit

frater eius qui M. Arturi pater fuit. Hic autem Merlinus multa obscura reuelauit & futura prædixit, aperuit ei sub fundamento, vbi turris ædificari non potuit, lacum esse, sub lacu duos latere dracones, quorum vnus rubeus Pop. Britonum, alter Albus gentem Saxonum designaret, & quis conflictu suo ad inuicem præualeret. Arthurum verò quem aprum Cornubiæ vocat, prædixit, quod Ecclesiæ Dei succurreret, quod Gallicanas prouincias possideret, Romano exercitui terribilem se exhiberet, & quod exitum dubium haberet.

EXEMPLVM

De Hunnorum ortu.

GEntem Hunnorum ab Incubis generatam esse euidenter historia regnorum Occidentalium narrat, & Insulam Cypri totam depopulatam esse, & inhabitatam à filiis incuborum fama prædicat. Io. Nyder. in Formicar. lib.5.cap.10. Bonfinius Hunnorum originem à Spiritib. incubis deducit. Ait enim Filimerum Gothorum regem è suo exercitu meretrices omnes in loca solitaria profligasse ne militum animos & corpora eneruarent. Ad hæc postea incubos Spiritus accessisse, atque ex eorundem concubitu gentem Hunnorum crudelissimam esse prognatam, quorum non mores tantum, verum etiam lingua ac sermo immane quantum ab omni humanitate degenerarunt.

De

De Incubis & Succubis.

Incredibile quidem verum tamen est posse malos Spiritus corporibus ex aere formatis indutos, cum hominibus actus veneros exercere atque etiam generare. Hoc Spirituum genus incubos & succubos appellant. Incubos quidem, quod sub viri forma cum mulieribus commisceantur. Succubos quod mulierum specie corpora viris substernant. Quanquam autem naturaliter per se ipsi coire & generare nequeant, quippe corpore ac proinde etiam semine vasisque spermaticis, & in primis calore destituti (quæ omnia ad generationem requiruntur,) nihilominus tamen naturalibus illis mediis vsi, primum se in muliebrem effigiem transformant, & viro substernunt, recceptoque ab eo in corpus assumptum semine, momento temporis cum fœmina congredientes illud in matricem transfundunt; vnde nonnunquam fœtus procreantur, in primis quando semen prædictum eadem qualitate & calore naturali conseruatum in conuenientem materiam tempus ac locum inciderit. Augustinus eadem de re verba faciens, Fama, inquit, vulgatum est, & à multis approbatum, atque etiam acceptum ab iis, de quorum fide dubitari non debet, Faunos & animalia quædam sylueestria, à vulgo incubi dicta mulierib. ita molestos fuisse, vt concumbere cum ipsis luxuriamque explere cupierint. August. lib. 15. de ciui. Dei c. 23. & lib. 1. Quæst. sup. Gen. 43.

Exemplum

De Venere.

AVgustinus lib.3. c.4. de ciuit. Dei. Vtrum potuerit Venus ex concubitu Anchisæ Æneam parere, vel Mars ex concubitu Numitoris filiæ Romulum gignere in medio relinquamus, vide plura in Monte Veneris H K.

Exemplum

De alio succubo.

APud Hectorem Boethium, qui de rebus Gothicis scripsit, dæmonis succubi talis exstat historia. Carithæ vel Gareothæ regionis vico quatuor vix passuum millibus ab Aberdonia, adolescens formosus coram Aberdonensi antistite questus est palam, sese à dæmone succubo, vt vocant, gratissima omnium quas vidisset forma, multos ante menses infestatum, eundemq; occlusis foribus noctu ad se ingredi, blanditiisq; in complexum pellicere imo compellere, dubia luce abire sine strepitu ferè, nullo se posse modo, quum plures tentasset, à tanta ac tam turpi vesania liberari. Iubet continuo optimus Episcopus adolescentem alio se conferre, & plus solito orationibus & ieiuniis vacare; fore vt piis operibus intento victus cacodæmon terga sit daturus, idque consilium adolescenti religiose exequuto salubriter euenisse.

Exem-

EXEMPLVM

De sacerdotis filia ab incubo infestata.

SCribit Cæsarius Coloniensis, sacerdotis cuiusdam filiam à dæmone incubo ita infestatam fuisse, vt liberari diu nequiuerit: tandem verò vltra Rhenum à Patre ablegatam, immundi Spiritus libidinem quidem effugisse, Patrem verò à dæmone sic exagitatum & percussum, vt intra triduum mortem abierit.

EXEMPLVM

De Nessesoglis apud Turcas.

EOdem modo ex incubis scilicet vel succubis geniti videntur, quos Mahumetani Nessesoglios vocant, & è Spiritu Sancto natos impiè credunt, hominum genus sceleratum, quibus tamen Turcæ tantum tribuunt honorem, vt à quo illi beneficium receperint, beatum se putet: Quin etiam tangi ab eis singularis felicitatis loco habent. Aiunt Barbari capillos horum tanta esse virtute atque efficacia, vt ægrotis superimpositi morbos continuo depellant, quæ causa Turcas impellit, vt ita natos esse credant, simul quod vitam illi agant, ab hominum non consuetudine tantum, verum etiam modo & moribus valde alienam.

EXEM-

EXEMPLVM

De Polycrito incubo.

SImiliter Spiritus incubus, in Polycriti forma Ætolorum Princeps creatus esse, & iuuenculam Locrensem vxorem duxisse legitur: Cum qua tribus exactis maritali consuetudine noctibus subito disparuit, grauidamque vxorem reliquit, quæ postea hermaphroditum monstrosum valde partum edidit. Mulieris parentes attoniti, monstrum in forum detulerunt, vbi conuocato senatu vocatisque aruspicibus deliberatum fuit, quid monstro illo faciundum esset, consuluerũt alii, vt partus flamma aboleretur, alii vt mater cũ partu Ætolorum finibus exigeretur. Heic Polycritus nigro vestitu amictus repente apparuit, & precibus primum, deinde minis filium reposcit. Recusantib. Ætolis, in medium prosiliit, & infantem apprehensum totum deglutiuit, capite excepto, statimque disparuit. Ætolis ingenti stupore perculsis, & de Legatis ad Oraculum Delphicum mittendis consulentibus, infantis caput in medio foro iacens loqui cœpit, & graui oratione magnam cædem prædixit; quæ non multo post sequuta est, prælio inter Ætolos & Acharnauenses commisso.

EXEMPLVM

De Succuba Hermelina.

FRanciscus Picus ait notum sibi esse hominem Benedictum Bernam nomine, annos sexa-

ſexaginta quinque natum, qui per quadraginta annos Spiritus ſuccubi conſortio vſus ſit. Huic nomen Hermelinæ ab eo inditum, & paſſim in forum atque alia loca deductum, ſermones etiam multos cum eo habitos, ita vt qui loquentem audiebant, nec tamen quenquam conſpiciebant, inſanire hominem putarent.

EXEMPLVM

De Pineto.

ALius quoque fuit Pinetus nomine, qui tali dæmonio per tringinta annos, pro muliere abuſus eſt.

EXEMPLVM

De Succubo Conſtantienſi.

IAcobus Rufus fœminam quandam Conſtantienſem cum ſuccubo rem habuiſſe, poſtea vero loco partus cum acerbiſſimis doloribus, clauos, ligna, vitra, crines: atq; alia eiuſmodi eieciſſe affirmat.

EXEMPLVM

De Succubo Colonienſi.

ALiud multo admirabilius in Colonienſi diœceſi accidiſſe dicitur. Multis enim aliquando principibus, in magno & pulcherrimo ad Rhenum palatio cõgregatis, Cymbam eo appuliſſe,

à cygno

à cygno argentea catena attractam exque ea ignotum militem in terram egressum, qui muliere ibidem ducta liberos procrearit, post multos annos eandem cymbam rediisse inque eam rursum ingressum militem inde discessisse, relictis vxoribus, & liberis, nec amplius postea esse visum.

EXEMPLVM

De incubo Brasiliano.

IN Brasilia è barbaræ mulieris cum incubo congressu horrendum monstrum prognatum fertur, & in sedecim palmorum altitudinem excreuisse, dorso lacertæ pelle contecto turgidis mammis, brachiis Leoninis, oculis rigentibus, & instar ignis scintillantibus, cæterisque membris deformibus admodum & fœdis aspectu.

EXEMPLVM

De incubo Marsico.

ALexander mulierem Alcippen nomine bello Marsico è Spiritu incubo Elephantem peperisse scribit.

EXEMPLVM

De Pegusianis & Scianitis Indiæ popp.

IOannes de Barros actor est Pegusianos & Scianitas Indiæ populos à mulierib. dæmonū concubitu imprægnatis originem traxisse.

EXEM-

EXEMPLVM

De Menippo.

PHilostratus scribit Menippum pulcherrimæ formæ adolescentē Demetrii Cynici discipulū Corintho Cenchreas profecturū in itinere in Spiritum sanctum bellissimū puellæ specie tectū incidisse, & ab ea, amore illius ardere se fingente, in proximam casam pertractum, multosque ibi dies commoratum, non Veneris solum consuetudinem cum illa habuisse, verum etiam ita blanditiis & illecebris captum, vt vxorem ducere statuerit. Quod consilium dum imprudens iuuenis agitat, Apollonium Tyaneum insignem Magum fortè fortuna eo delatum Menippo aperuisse, non esse hanc quam putaret fœminā, sed Spiritum succubum, ex eorum genere, qui laruæ vel lemures dicuntur. Spiritum verò vbi se proditum animaduerterit subito disparuisse.

EXEMPLVM

De Monacho Apelle.

SOzomenus refert Monachum, Apellem nomine, in monasterio quodam Ægypti ne ocio torperet, nocte quadam in arte fabrili se exercuisse, & à succubo sub lasciuæ virginis habitu, ad inhonestum amorem inuitatum: Monachū verò petulantia hac offensum, ardentem forcipē ex igniario abreptum in faciem puellæ incussisse, atque ita illam subito disparuisse.

EXEMPLVM

De Succubo è mari extracto.

Vincentius lib.3. historiæ scriptum reliquit, Rogerio in Sicilia regnum tenente, iuuenem quendam natandi peritissimum dum sero vespere in mari natat, à tergo sequentem aliquē animaduertisse, quem socium esse existimans, capillis arreptum in littus extraxerit. Verum vbi puellam eximia esse specie vidit ac toto corpore pulcherrimo, pallio tectum domum secum abduxisse, ac tamdiu consuetudine eius vsum donec filium ex ea suscepisset. Vna res erat quæ iuuenis animum valde angebat, quod tam bella forma muta videretur, neque enim vnquam loquentem audierat. Quodam verò die à socio obiurgatus, quod spectrum & non veram mulierem domi haberet iratus simul & territus, manu ad gladii capulum admota, vt quæ vel cuius esset continuo diceret, vehementer vrgebat, ni faceret filium ex ipsa natum interfecturum se minatus. Heic Spiritus tantum proloquutus, bonam à iuuene amitti coniugem, eo quod loqui eam vellet, subito euanuit relicto filio, qui post annos aliquot cum sodalibus pueris in maris littore ludens, ab eodem Spiritu in mare abreptus est, & suffocatus.

EXEM-

EXEMPLVM

De Mauro quodam.

REfert Vesalius Maurum quendam vrinatorem Ferrariam, ex Triremi adductum, qui vnus longius producebat vocem, ac continuo clamore absque respiratione, insistebat diutius quàm quatuor robustissimi pugiles: Idem rursus cohibito, suppressoque spiritu, ac naribus oreq; occluso, absque vlla halitus animæque reductione cum illis certabat: Quo naturæ munere hoc erat consecutus, vt semel atque iterum captus elapsus sit, mergoque aui similis intima maris per semihoræ spacium penetrans captiuitatis iugum morte acerbius excussit. Lemn. de occult. natur. mirac. lib. 11. c. 6.

De Noctambulonibus.

Sunt homines qui ambulant in somnis, vulgo noctambulones vocantur, de quibus multi varia commenti sunt. Paracelsus vt verior reiicit causam in Spiritum. Sciendum enim diem esse destinatum corporibus, noctem verò spiritibus. nam in die laborant corpora & in nocte spiritus, & quando cessant corpora, incipiunt spiritus, & quando cessant spiritus, incipiunt corpora. Sic & quando corpus hominis desinit laborare, & incipit quiescere, spiritus eius incipit operari, & quando desinit operari, incipit iterum corpus. Vt igitur in die causatur homo ambulare & ambulat, adest spiritus eius custos, qui ipsum ducit

EXEMPLVM

De Succubo è mari extracto.

VIncentius lib.3. historiæ scriptum reliquit, Rogerio in Sicilia regnum tenente, iuuenem quendam natandi peritissimum dum sero vespere in mari natat, à tergo sequentem aliquẽ animaduertisse, quem socium esse existimans, capillis arreptum in littus extraxerit. Verum vbi puellam eximia esse specie vidit ac toto corpore pulcherrimo, pallio tectum domum secum abduxisse, ac tamdiu consuetudine eius vsum donec filium ex ea suscepisset. Vna res erat quæ iuuenis animum valde angebat, quod tam bella forma muta videretur, neque enim vnquam loquentem audierat. Quodam verò die à socio obiurgatus, quod spectrum & non veram mulierem domi haberet iratus simul & territus, manu ad gladii capulum admota, vt quæ vel cuius esset continuo diceret, vehementer vrgebat, ni faceret filium ex ipsa natum interfecturum se minatus. Heic Spiritus tantum proloquutus, bonam à iuuene amitti coniugem, eo quod loqui eam vellet, subito euanuit relicto filio, qui post annos aliquot cum sodalibus pueris in maris littore ludens, ab eodem Spiritu in mare abreptus est, & suffocatus.

EXEM-

EXEMPLVM

De Mauro quodam.

REfert Vesalius Maurum quendam vrinatorem Ferrariam, ex Triremi adductum, qui vnus longius producebat vocem, ac continuo clamore absque respiratione, insistebat diutius quàm quatuor robustissimi pugiles: Idem rursus cohibito, suppressoque spiritu, ac naribus oreq; occluso, absque vlla halitus animæque reductione cum illis certabat: Quo naturæ munere hic erat consecutus, vt semel atque iterum captus elapsus sit, mergoque aui similis intima maris per semihoræ spacium penetrans captiuitatis iugum morte acerbius excussit. Lemn. de occult. natur. mirac. lib. 11. c. 6.

De Noctambulonibus.

Sunt homines qui ambulant in somnis, vulgo noctambulones vocantur, de quibus multi varia commenti sunt. Paracelsus vt verior reiicit causam in Spiritum. Sciendum enim diem esse destinatum corporibus, noctem verò spiritibus. nam in die laborant corpora & in nocte spiritus, & quando cessant corpora, incipiunt spiritus, & quando cessant spiritus, incipiunt corpora. Sic & quando corpus hominis desinit laborare, & incipit quiescere, spiritus eius incipit operari, & quando desinit operari, incipit iterum corpus. Vt igitur in die causatur homo ambulare & ambulat, adest spiritus eius custos, qui ipsum ducit

EXEMPLVM

De Succubo è mari extracto.

VIncentius lib.3. historiæ scriptum reliquit, Rogerio in Sicilia regnum tenente, iuuenem quendam natandi peritissimum dum sero vespere in mari natat, à tergo sequentem aliquē animaduertisse, quem socium esse existimans, capillis arreptum in littus extraxerit. Verum vbi puellam eximia esse specie vidit ac toto corpore pulcherrimo, pal[l]io te[c]tum domum secum abduxisse, ac tamdiu consuetudine eius vsum donec filium ex ea suscepisset. Vna res erat quæ iuuenis animum valde angebat, quod tam bella forma muta videretur, neque enim vnquam loquentem audierat. Quodam verò die à socio obiurgatus, quod spectrum & non veram mulierem domi haberet iratus simul & territus, manu ad gladii capulum admota, vt quæ vel cuius esset continuo diceret, vehementer vrgebat, ni faceret filium ex ipsa natum interfecturum se minatus. Heic Spiritus tantum proloquutus, bonam à iuuene amitti coniugem, eo quod loqui eam vellet, subito euanuit relicto filio, qui post annos aliquot cum sodalibus pueris in maris littore ludens, ab eodem Spiritu in mare abreptus est, & suffocatus.

EXEM-

EXEMPLVM

De Mauro quodam.

REfert Vesalius Maurum quendam vrinatorem Ferrariam, ex Triremi adductum, qui vnus longius producebat vocem, ac continuo clamore absque respiratione, insistebat diutius quàm quatuor robustissimi pugiles: Idem rursus cohibito, suppressoque spiritu, ac naribus oreq; occluso, absque vlla halitus animæque reductione cum illis certabat: Quo naturæ munere hoc erat consecutus, vt semel atque iterum captus elapsus sit, mergoque aui similis intima maris per semihoræ spacium penetrans captiuitatis iugum morte acerbius excussit. Lemn. de occult. natur. mirac. lib. 11. c. 6.

De Noctambulonibus.

IN Hellesponto circa Parium genus hominum esse Pergamenus Crates tradit, vt ex Plinio discimus, quos Ophiogenes vocat serpentum ictus contactu leuare solitos. Similis in Aphrica gens, Psyllorum fuit, vt Agatharchides scribit à Psyllo rege dicta, quorum corporibus virus exitiale serpentibus ingenitum fuit, cuius odore eas sopirent. Plin. lib. 7. cap. 2. & lib. 8. cap. 25. & libr. 25. cap. 10. & lib. 28. cap. 3. Psyllos etenim, vt scribit Plutarchus, Cato iter per deserta Lybiæ faciens secum duxit, vt morsibus serpentium mederentur: ii enim partim ore trahunt venenum, partim cantilenis medentur, vti horum etiam meminit Herodotus lib. 4. Gell. 16. cap. 11. Odor enim Psyllorum serpentes necat, & saliua, vt Varroni videtur.

DE MIRACVLIS ingeniorum.

EXEMPLVM

De memoria Cæsaris.

ADmirari licet in C. Iulio Cæsare, quem quaternas simul litteras dictasse scribit Solinus c. 5. Quin Plin. lib. 7. c. 25. addit, si nihil aliud ageret Cæsar, dictasse septenas eumque scribere & legere simul, dictareque & audire solitum, neque ea omnia ob aliud, quam ob proprium sensuum vigorem magnanimitatemque, ob quam tranquillissime imperturbateque res excogitaret.

EXEMPLVM

De Adriano Imp.

HOc & in Adriano Imperatore admirandum fuit, vt vno tempore scriberet, dictaret, audiret, & cum amicis fabularetur, vt tradit Spartianus: quem etiam scribit libros statim lectos, & ignotos quidem plurimum memoriter reddidisse.

EXEMPLVM

De Valente Æliæ ciuitatis Diacono.

SCribit Eusebius Cæs. histor. lib. 8. cap. 21. de Valente Æliæ ciuitatis Diacono diuinarum scri-

ſcripturarum memoriam in pectus adeo illum incluſiſſe, vt quemcunque locum citare vellet, perinde expedite illud poterat abſque ſcripto efficere, atque ex ſcripto legere.

EXEMPLVM
De Iohanne Palæſtino.

IDem Euſebius eod. libr. c. 22. tradit de Iohanne Palæſtino cœco in hæc verba: Plurimum admirationis habet in eo memoriæ vis, qua quidem integros ſacrarum ſcripturarum libros, non in tabulis lapideis, vt ait Diuus Apoſtolus, neq; in animalium pellib. membranis aut charta, quę vel tineæ conficiunt, vel temporis conſumit diuturnitas, ſed in tabulis reuera cordis carnei, id eſt in animo ſolerti & ſincera mentis intelligentia tanquam ſcriptos habuit, adeo vt quando viſum erat interdum legis & Prophetarum teſtimonia, ſæpe hiſtorias, nonnũquam Euangelia aut Apoſtolorum ſcripta memoriter ex animi domicilio, tanquam ex quodam litterarum theſauro proferre potuerit. Hæc ille. Subiicit quoq; cum eum audiſſet ipſe aliquando, obſtupuiſſe, putaſſeque illum è ſcripto quæ diceret, recitare.

EXEMPLVM
De Simplicio amico D. Auguſtini.

S. Auguſtinus lib. 4. c. 7. de anima & eius origine ſic: Amicus quidam meus iam inde ab adoleſcẽtia Simplicius nomine, homo excellẽtis mi-

tis mirabilisq; memoriæ, cum interrogatus esset à nobis, quos versus Virgilius in omnib. libris supra vltimos dixerit, continuo celeriter, memoriterque respondit: quæsiuimus etiam superiores, vt diceret, dixit: & credimus eum posse retrorsum recitare Virgilium; de quocunque loco voluimus, petiuimus vt faceret, fecit. Prosa etiã de quacunque Oratione Ciceronis, quam memoriæ commendauerat, id eum facere voluimus, quantum voluimus sursum versus secutus est, cum admiraremur, testatus est Deum nesciuisse se hoc posse ante illud experimentum. Hæc ille.

EXEMPLVM
De Themistocle.

DE eo Valer. Max. lib. 8. de studio. cap. 775. Quam porro industrius Themistocles: qui maximarum rerum cura districtus, omnium tamen ciuium suorum nomina memoria cõprehendit, per summam namque iniquitatẽ patria pulsus, & ad Xerxem quem paulo ante deuicerat, confugere coactus: Priusquam in conspectu suo veniret, Persico sermone se assuefecit, vt laborem parta commendatione regiis aurib. familiarem & assuetum sonum vocis adhiberet, cuius vtriusque industriæ laudem duo reges partiti sunt.

EXEMPLVM
De Cyri regis memoria.

MIrãda & vix credẽda Cyrus memoria claruit, qui in exercitu, cui numerosissimo præfuit, nomi-

nominatim singulos alloquebatur. Solin.cap.7. Valer.lib.8.cap.7. Quintil.lib.11. cap.2. addit eum etiam plurimos versus semel auditos protinus reddidisse.

EXEMPLVM

De Cynea memoria.

Cyneas Pyrrhi Legatus postero die, quam ingressus Romam fuerat, & equestrem ordinem & Senatum propriis nominibus salutauit. Solin.cap.7. vid.Cic.Tuscul.1. Plin.lib.7.cap.24. Plutarch. in Pyrrho & Senec. (qui & miræ fuit memoriæ) in Prolog. con. vbi ait intra exiguum paucissimorum dierum tempus poterit quilibet facere id quod Cyneas fecit, qui missus à Pyrrho Legatus ad Romanos, postero die nouus homo & Senatum, & omnem vrbanam circumfusam senatui plebem nominibus suis persalutauit.

EXEMPLVM

De Dauide rege.

Dauid literas non didicit, & ex pastore effectus est, vates & diuinarum rerum scientissimus, monomachia iactabundum Antagonistam Goliathum strauit & vicit, 1.Samuel.17.

EXEM-

EXEMPLVM

De Salomone rege.

REx Salomon in vnius noctis somnio omnium superum & inferum sapientia repletus fuit. Legitur namque in sacris Hebræorum historiis illum disputare solitum à cedro Libani vsq; ad Hyssopum, item de iumentis, volucribus reptilibus & piscibus, &c.

EXEMPLVM

De Mithridate.

MIthridates duarum & viginti gentium rex totidem linguis iura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus, vt habet Plin. lib. 7. c. 24. Huic Mithridati maximo sua ætate regum vni excogitatum, quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret, vt Plin. testatur lib. 25. c. 2.

EXEMPLVM

De Hieronymo Maggio.

MAgnis hisce viris, & Hieronymus Maggius annumerandus erit: hic enim captiuus ferreas gestans cathenas sub iugo Turcico Constantinopoli, animum ad scribendum adpulit, omni librorũ ope destitutus: de Tintinna-

fuisse dicit, Diadema ex æquo vna cum Deo, cu seruiebat gestans & tripodia, circa quem serpens versabatur colens, & appropinquantes à se abiiciens, quę carmina quidem vaticinando de Deo conscripsit in serie primarum litterarum aduentum Iesu declarans, est autem acrostichis ista:

Iesus Christus Dei filius seruator & crux.

Et 6. Carmina quæ describuntur per Eusebium libro quinto, de vita Constantini Imperatoris.

EXEMPLVM

De Sibylla Samia.

SAmia à Samo Insula sic: Ecce veniet dies & nascetur de paupercula, & bestiæ terrarum laudabunt eum, clamabunt & dicent: Laudate eum in atriis cœlorum.

EXEMPLVM

De Sibylla Cumana.

CVmana, quæ fuit tempore Tarquinii Prisci.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam noua progenies cœlo demittitur alto;
Tu modo nascenti puero quo ferrea primum
Desinet, ac tota surget gens aurea mundo.
Casta faue Lucina tuis, iam regnat Apollo.

EXEM-

EXEMPLVM

De Francisco Cardulo.

INcredibilis memoriæ periculum fecit Franciscus Cardulus Narniensis, qui cum plura folia conscripta sibi prælegi audisset, mox singula eorum verba recensebat, & recto ordine & conuerso, vt Leander in Sabinis habet.

EXEMPLVM

De Iacobo Critonio Scoto.

ET hoc nostro seculo Iacobus Critonius Scotus adolescens, idem memoriæ exemplũ præbuit Venetiis anno Domini 1581.

EXEMPLVM

De Dionysio Poillet Burgundo.

DE Dionysio Poillet regis Galliarum Francisci I. Consiliario testatur Barthol. Chass. in Catalogo gloriæ mũdi part. 10. consid. 9. quod tanta fuerit eius memoria, vt quæ duabus horis aut tribus legerit, etiam id memoriter recitare solitus fuerit.

EXEMPLVM

De Baldo Iurisconsultiss.

BAldus Iurisconsultissimus in decimo quinto ætatis suæ anno publicè repetiit L. centũ Capuæ D. de eo quod certo loco.

fuisse dicit, Diadema ex æquo vna cum Deo, cu seruiebat gestans & tripodia, circa quem serpens versabatur colens, & appropinquantes à se abiiciens, quę carmina quidem vaticinando de Deo conscripsit in serie primarum litterarum aduentum Iesu declarans, est autem acrostichis ista:

Iesus Christus Dei filius seruator & crux.

Et 6. Carmina quæ describuntur per Eusebium libro quinto, de vita Constantini Imperatoris.

EXEMPLVM

De Sibylla Samia.

SAmia à Samo Insula sic: Ecce veniet dies & nascetur de paupercula, & bestiæ terrarum laudabunt eum, clamabunt & dicent: Laudate eum in atriis cœlorum.

EXEMPLVM

De Sibylla Cumana.

CVmana, quæ fuit tempore Tarquinii Prisci.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, red-
Iam noua proge-
Tu mod-

EXEMPLVM

De Francisco Cardulo.

INcredibilis memoriæ periculum fecit Franciscus Cardulus Narnienſis,qui cum plura folia conſcripta ſibi prælegi audiſſet, mox ſingula eorum verba recenſebat,& recto ordine & conuerſo,vt Leander in Sabinis habet.

EXEMPLVM

De Iacobo Critonio Scoto.

ET hoc noſtro ſeculo Iacobus Critonius Scottus adoleſcens,idem memoriæ exemplũ præbuit Venetiis anno Domini 1581.

EXEMPLVM

De Dionyſio Poillet Burgundo.

DE Dionyſio Poillet regis Galliarum Francisci I.Conſiliario teſtatur Barthol. Chaſſ. in Catalogo gloriæ mũdi part.10. conſid.9.quod tanta fuerit eius memoria, vt quæ duabus horis aut trib[illegible], etiam id memoriter recitare ſolitu[illegible]

[illegible]VM

[illegible]ltiſſ.

[illegible] in decimo quin-[illegible]è repetiit L. centũ [illegible]oco.

EXEM-

conscripsit in serie primatum litterarum aduentum Iesu declarans, est autem acrostichis ista:

Iesus Christus Dei filius seruator & crux.

Et 6. Carmina quæ describuntur per Eusebium libro quinto, de vita Constantini Imperatoris.

EXEMPLVM

De Sibylla Samia.

SAmia à Samo Insula sic: Ecce veniet dies & nascetur de paupercula, & bestiæ terrarum laudabunt eum, clamabunt & dicent: Laudate eum in atriis cœlorum.

EXEMPLVM

De Sibylla Cumana.

CVmana, quæ fuit tempore Tarquinii Prisci.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia re-
Iam noua progenies cœlo demitt-
Tu modo nascenti puero qu-
Definet, ac tota surget g-
Casta faue Lucina t-

EXEMPLVM

De Francisco Cardulo.

INcredibilis memoriæ periculum fecit Franciscus Cardulus Narniensis, qui cum plura folia conscripta sibi prælegi audisset, mox singula eorum verba recensebat, & recto ordine & conuerso, vt Leander in Sabinis habet.

EXEMPLVM

De Iacobo Critonio Scoto.

ET hoc nostro seculo Iacobus Critonius Scotus adolescens, idem memoriæ exemplũ præbuit Venetiis anno Domini 1581.

EXEMPLVM

De Dionysio Poillet Burgundo.

DE Dionysio Poillet regis Galliarum Francisci I. Consiliario testatur Barthol. Chass. in Catalogo gloriæ mũdi part. 10. consid. 9. quod tanta fuerit eius memoria, vt quæ duabus horis aut tribus [illegible], etiam id memoriter recitare solitus [illegible]

[illegible] VM

[illegible] ltiss.

[illegible] n decimo quin- [illegible] repetiit L. centũ [illegible] o.

EXEM-

fuisse dicit, Diadema ex æquo vna cum Deo, cũ seruiebat gestans & tripodia, circa quem serpens versabatur colens, & appropinquantes à se abiiciens, quę carmina quidem vaticinando de Deo conscripsit in serie primarum litterarum aduentum Iesu declarans, est autem acrostichis ista:

Iesus Christus Dei filius seruator & crux.

Et 6. Carmina quæ describuntur per Eusebium libro quinto, de vita Constantini Imperatoris.

EXEMPLVM

De Sibylla Samia.

SAmia à Samo Insula sic: Ecce veniet dies & nascetur de paupercula, & bestiæ terrarum laudabunt eum, clamabunt & dicent: Laudate eum in atriis cœlorum.

EXEMPLVM

De Sibylla Cumana.

CVmana, quæ fuit tempore Tarquinii Prisci.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam noua progenies cœlo demittitur
Tu modo nascenti puero quo ferre
Definet, ac tota surget gens aure
Casta faue Lucina tuis, iam

EXEMPLVM

De Francisco Cardulo.

INcredibilis memoriæ periculum fecit Franciſcus Cardulus Narnienſis, qui cum plura folia conſcripta ſibi prælegi audiſſet, mox ſingula eorum verba recenſebat, & recto ordine & conuerſo, vt Leander in Sabinis habet.

EXEMPLVM

De Iacobo Critonio Scoto.

ET hoc noſtro ſeculo Iacobus Critonius Scotus adoleſcens, idem memoriæ exemplũ præbuit Venetiis anno Domini 1581.

EXEMPLVM

De Dionyſio Poillet Burgundo.

DE Dionyſio Poillet regis Galliarum Franciſci I. Conſiliario teſtatur Barthol. Chaſſ. in Catalogo gloriæ mũdi part. 10. conſid. 9. quod tanta fuerit eius memoria, vt quæ duabus horis aut tribus [illegible], etiam id memoriter recitare ſolitus f[illegible]

E[illegible]VM

[illegible]*ltiſſ.*

[illegible] n decimo quin-
[illegible] repetiit L. centũ
[illegible] o.

EXEM-

nominatim singulos alloquebatur. Solin.cap.7. Valer.lib.8.cap.776. Quintil.lib.11.cap.2. addit eum etiam plurimos versus semel auditos protinus reddidisse.

EXEMPLVM

De Cynea memoria.

CYneas Pyrrhi Legatus postero die, quam ingressus Romam fuerat, & equestrem ordinem & Senatum propriis nominibus salutauit. Solin.cap.7.vid.Cic.Tuscul.1.Plin.lib.7.cap. 24. Plutarch. in Pyrrho & Senec. (qui & miræ fuit memoriæ) in Prolog. con. vbi ait intra exiguum paucissimorum dierum tempus poterit quilibet facere id quod Cyneas fecit, qui missus à Pyrrho Legatus ad Romanos, postero die nouus homo & Senatum, & omnem vrbanam circumfusam senatui plebem nominibus suis persalutauit.

EXEMPLVM

De Dauide rege.

DAuid literas non didicit, & ex pastore effectus est, vates & diuinarum rerum scientissimus, monomachia iactabundum Antagonistam Goliathum strauit & vicit, 1.Samuel.17.

EXEM-

EXEMPLVM

De Salomone rege.

REx Salomon in vnius noctis somnio omnium superum & inferum sapientia repletus fuit. Legitur namque in sacris Hebræorum historiis illum disputare solitum à cedro Libani vsq; ad Hyssopum, item de iumentis, volucribus reptilibus & piscibus, &c.

EXEMPLVM

De Mithridate.

MIthridates duarum & viginti gentium rex totidem linguis iura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus, vt habet Plin. lib. 7. c. 24. Huic Mithridati maximo sua ætate regum vni excogitatum, quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret, vt Plin. testatur lib. 25. c. 2.

EXEMPLVM

De Hieronymo Maggio.

MAgnis hisce viris, & Hieronymus Maggius annumerandus erit: hic enim captiuus ferreas gestans cathenas sub iugo Turcico Constantinopoli, animum ad scribendum adpulit, omni librorũ ope destitutus: de Tintinna-

EXEMPLVM

De Francisco Cardulo.

INcredibilis memoriæ periculum fecit Franciscus Cardulus Narniensis,qui cum plura folia conscripta sibi prælegi audisset, mox singula eorum verba recensebat,& recto ordine & conuerso,vt Leander in Sabinis habet.

EXEMPLVM

De Iacobo Critonio Scoto.

ET hoc nostro seculo Iacobus Critonius Scotus adolescens,idem memoriæ exemplũ præbuit Venetiis anno Domini 1581.

EXEMPLVM

De Dionysio Poillet Burgundo.

DE Dionysio Poillet regis Galliarum Francisci I.Consiliario testatur Barthol. Chass. in Catalogo gloriæ mũdi part.10. consid.9.quod tanta fuerit eius memoria, vt quæ duabus horis aut tribus legerit, etiam id memoriter recitare solitus fuerit.

EXEMPLVM

De Baldo Iurisconsultiss.

BAldus Iurisconsultissimus in decimo quinto ætatis suæ anno publicè repetiit L. centũ Capuæ D. de eo quod certo loco.

gogæ,& desinent labia hominum, & videbunt regem viuentium, & tenebit illum in gremio domina gentium,& regnabit in misericordia, & vterus matris eius erit statera cunctorum.

EXEMPLVM

De Sibylla Delphica.

DElphica quæ fuit ante bellum Troianum, sic proloquuta:

Nascetur propheta absque matris coitu ex virgine.

EXEMPLVM

De Sibylla Chimica.

CHimica in Italia sic: in prima facie virginis ascendet puella pulcra facie, capillis prolixa, sedens super stratam, puerum nutriens, dans ei ad comedendum ius proprium, scilicet lac de cœlo missum.

EXEMPLVM

De Sibylla Erythræa.

ERythræa in Babylonia sic:
In vltima ætate humiliabitur Deus, humanabitur proles diuina, vnietur humanitati diuinitas, iacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur.

Hæc quidem de se ipsa sexta post diluuium generatione vixisse, & sacerdotem Apollinis

EXEMPLVM

De Sibylla Hellespontiaca.

HEllespontiaca in agro Troiano orta: De excelso cœlorum habitans prospexit Deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de Virgine Hebræa in cunabulis terræ.

EXEMPLVM

De Sibylla Phrygia.

PHrygia: Flagellabit Deus potentes terræ, ex Olympo excelsus veniet, & firmabitur consilium in cœlo, & annunciabitur virgo in vallibus desertorum.

EXEMPLVM

De Sibylla Tyburtina.

TYburtina: Nascetur Christus in Bethlehē, annunciabitur in Nazareth, regnante Tauro Pacifico, fundatore quietis, O felix illa mater, cuius vbera illum lactabunt.

EXEMPLVM

De Sibylla Europaa.

EVropæa: Veniet ille & transibit colles & montes, & latices Olympi, regnabit in paupertate, & dominabitur in silentio, & egredietur de vtero virginis.

pallidiores, & grauius degunt, & varia auidius appetunt, statimque fastidiunt.

EXEMPLVM

De Adamo Protoplaste.

ADamus Protoplastes vixit annos nongentos & triginta & mortuus est. Gen.c.5.

EXEMPLVM

De Mathusalah.

MAthusalah vixit annos nongentos sexaginta nouem & mortuus est, Gen.5.

EXEMPLVM

De Iohanne de Temporibus.

IOhannes qui de Temporibus est appellatus, armiger Caroli Magni vixit annos 363. Hartman. Schedel. in Chron. ab initio mundi, ætat. 4.p.222.Ioan.Bodin.in Method.histor.cap.8. de temporis vniuersi ratione p. 466. Neuizan. in sylua nuptial lib.3.num.111. circa fin. Io.Stumpf. lib.3.Chron.c.105.refert alios censere non Caroli M. sed Crassi armigerum fuisse.

EXEMPLVM

De Dauide Episcopo Senensi.

SCribit Olaus Dauidem Episcopum Scotum vixisse ad annos 170. felicior ergo nostro Europæ cœlo Aquilonaris plaga videtur.

EXEM-

dere nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit, summamque in eo esse siccitatem corporis. Itaque omnia probantur exequi regis officia & munera.

EXEMPLVM

De Hierone rege Siciliæ.

VAler. Max. lib 8. de Senectut. Diuturnitas Reip. nostræ fuit vtilissima Siciliæ rector Hiero ad nonagesimum annum peruenit. Hiero rex Syracusarũ fuit, cuius infantia suę futurę maiestatis dicitur fuisse prænuncia, quippe qui genitus à patre nobili, sed ex ancilla natus, ne dehonestaret paternũ genus, expositus fuit. Sed paruulũ & humanæ opis indigentẽ apes congesto circa iacentẽ melle aluere: ob q̃ rem responso haruspicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi canebant, paruulũ recollegit omnique studio ad spẽ maiestatis, quæ promittebatur institutũ eidẽ adolescenti, prima belli ineũti Aquila in clypeo & noctua in hasta consedit, quod ostentũ, & in cõsilio cautũ, & manu promptũ regemq; futurũ significabat: Deniq; aduersus prouocatores sæpe pugnauit, semperq; victoriã reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. Pulcritudo ei corporis insignis, vires quoq; in homine admirabiles fuere: In alloquio blandus, in negocio iustus, in Imperio moderatus erat prorsus,, vt nihil ei deesse videretur præter regnum. Itaque à Syracusanis primò Imperator, deinde rex creatus est, socius fuit Pop. Roman. qui primo Punico bello

EXEMPLVM

De Dandona.

ALexander in eo volumine, quod de Illyrico tractu composuit, affirmat Dandonam quendam ad quingentesimum vsque annum nulla ex parte senescentem processisse.

EXEMPLVM

De Argantonio Gaditano.

ASinius Pollio non minima pars Romani styli tertio historiarum suarum libro centum illum, & triginta annos expleuisse commemorat: & ipse numerosæ viuacitatis haud paruum exemplum. Hic Argantonius teste Herodoto libr. historiarum primo fuit Tartessiorum Tyrannus, cuius Cicero. libr. de senectute hanc breuiter mentionem facit: Expectemus inquit Tartessiorum regis ætatem; fuit enim vt scriptũ video Argantonius quidam Gadib. qui octoginta regnauit annos: Centum viginti vixit: quod idem affirmat Plinius lib. 7. hic ergo multos ætatis longitudine superauit, quippe qui tanto tempore regnauit, quanto quidem alii complures viuere posse lætarentur.

EXEM-

EXEMPLVM

De Pisistrato.

VAler.Maximus libr.8. Pisistratus dicendo tantum valuisse traditus est, vt ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent: Cum præsertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteretur: alterius disertiores, quo euenit, vt alioquin prudentissima ciuitas, libertati seruitutem præferret.

EXEMPLVM

De Valerio.

REgibus exactis plebs discedens à patribus iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui Sacer appellatur, armata consedit, eratque non solum deformis, sed etiam miserrimus reip. status à capite eius cætera parte corporis pestifera seditione diuisa, ac ni Valerii subuenisset eloquētia: Spes tanti imperii in ipso pœnæ ortu suo corruisset: Is namque populum noua & insolita libertate temere gaudente oratione ad meliora, & saniora consilia reuocatum senatu subiecit vrbem vrbi iunxit, verbis ergo facundis, ita consternatis arma cesserunt.

EXEMPLVM

De Æthiopibus & Indis.

AEthiopes Herodotus ſcribit centeſimum & trigeſimum annum tranſgredi & Indos, de quibus Ethefias tradit.

EXEMPLVM

De Epimenide Gnoſio.

EPimenides Gnoſius teſte Theopompo ſeptem & quinquaginta, & centum annos vixit.

EXEMPLVM

De Q. Fabio.

QVintus Fabius Maximus duobus & ſexaginta annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit robuſta iam ætate id adeptus, quæ vtraque tempora, ſi in vnum conferantur, facile ſæculi modum expleuerint. Valer. Max. lib.8. Tit. de ſenectute. Ad centeſimum annum perueniſſe Fabium,hoc vno probat argumento Valerius, quod duobus & ſexaginta annis augur fuerit. Plinius verò dicit ſexaginta tribus lib.7.nat.hiſt. quem honorem non niſi ætate prouectiori conſequi potuerit,cum eiuſmodi dignitas adoleſcẽtibus nunquam nec iuuenibus dari conſueuerit. Ergo ſi tempus quo creatus eſt augur, & quo augu-

EXEMPLVM

De quibusdam Epiperorum.

THelanicus ait quosdam ex gente Epiperorum, quæ est pars Ætoliæ, ducentos explere annos, eique subscribit Damastes hoc amplius affirmans Litthorium quendam ex his maximarum virium staturęque pręcipue trecentesimum annum cumulasse.

EXEMPLVM

De Liuia Rutilij, de Terentia ciceronis, & Clodia filia Auli.

VT refert Valer. Max. mulierib. etiam vitæ spacium nō minus longum in complurib. apparuit, quarum aliquas strictim retulisse me satis erit. Nam & Liuia Rutilii septimum & nonagesimum, & Terentia Ciceronis tertium & centesimum, & Clodia Auli filia quindecim filiis antea enixis quintum decimum & centesimum expleuit annum, de quibus Plinius libr. 7. mentionem fecit.

EXEMPLVM

De M. Valerio Coruino.

VAlerius Coruinus centesimum annum compleuit, cuius inter primum & sextum consulatum quadraginta & sex anni intercesserunt,

runt.sufficitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reip.mysteriis, sed etiam exactissimæ agrorum suorum culturæ & ciuis patrisfamilias optabile exemplum. De quo Cicero in Catone Maiore, qui dicitur à nonnullis de Senectu. Plin. lib. 7.

DE MIRA PVLchritudine.

EXEMPLVM

De filiabus hominum.

APulchritudine laudat sacra pagina filias hominum. Gen. 6. ibi videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulcræ, sumpserunt sibi vxores, de quibus supra, de ortu Gigantum.

EXEMPLVM

De Rebecca.

LAudatur & à pulcritudine Rebecca Gen. c. 24. ibi, Rebecca puella nimis decora virgoq; pulcerrima & incognita viro.

EXEMPLVM

De filiabus Iobi.

LAudantur & à pulcritudine filiæ Iobi c. vlt. ibi: Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iobi in vniuersa terra, quæ appellatæ

pellatæ fuerit Dies & Cassia, & Cornu stibii, siue Cornu conuersionis, quibus nominibus voluit Iob. consignare memoriam vtriusque fortunæ suæ prosperæ & aduersæ. Gloss. ibid.

EXEMPLVM

De Heroina Iudith.

LAudatur & à pulchritudine Iudith illa heroina. Iudith. 10. ibi: Cui etiam Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat, & ideo Dominus hanc in illam pulcritudinem ampliauit, vt incompatabili decore omnium oculis appareret, itidem considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulcritudinem eius mirabantur nimis.

EXEMPLVM

De Regina Esther.

LAudatur & à pulcritudine virgo Regina Esther. libr. Esther c. 2. ibi: Esther pulcra nimis & decora facie. itidem. Erat formosa valdè & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur.

EXEMPLVM

De Regina Vasthi.

LAudatur & in cap. 1. libr. Esther reiecta & repudiata illa regina Vasthi à pulchritudine.

tudine. ibi. Erat enim pulcra valdè & præcepit rex Asuerus, vt introducerent illam, vt ostenderet cunctis populis pulcritudinem illius.

EXEMPLVM

De Abisag, Sunamitide.

LAudatur & à pulcritudine puella illa Abisag, de qua 1. Reg. 1. ibi. Quærentes itaque puellam pulcram in omnibus terminis Israel, inuenerunt Abisag, Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat hæc puella admodum venusta, fuitque fotrix regis, &c.

EXEMPLVM

De Absolone.

NOn fuit vir tam elegans, vt Absalon in omni Israele, qui sic laudaretur supra modum. A planta pedis sui in verticem vsque non fuit quicquam reprehensibile in eo, quum tonderet caput suum, quod fiebat singulis annis ad finem anni, quod scilicet tonderet eo, quod capillitium grauaret ipsum, quum inquam tonderet comam, pendebat capillitium capitis sui ducentis siclis regio pondere 2. Sam. 14.

EXEMPLVM

De Saulo.

SAul iuuenis erat & pulcer, nec erat inter filios Israel illo pulchrior, nam ab humero suo & supra procerior erat omni populo.

EXEM-

EXEMPLVM

De Helena ex Gracia.

A Speciosa forma præ aliis maximopere cō-mendatur Helena illa Troiani belli & excidii primaria causa.

DE MIRA FORtitudine.

EXEMPLVM

De Nembroth.

COmmendatur vel potius vituperatur Nembroth à fortitudine. Nam dicitur Venator fortis coram Domino, Gen. 9.

EXEMPLVM

De Chaleb.

ECclesiast. cap. 46. refertur de Chaleb heroe fortissimo, quod in summa senectute constitutus, idem Robur vt in iuuentute habuit.

EXEMPLVM

De Samsone.

SAmson tantæ fuit fortitudinis, nam cum descenderet in Thimnath, En Catulus Leonis adultior rugiebat occurrens ei. Et Spiritus Do-

mini prosperè egit in eo, vt discerperet eum, vti solet discerpi hœdus, nec quidquam habebat in manu sua. Iudic. 14. Media nocte surrexit, & apprehendens fores portę ciuitatis, cum duobus postibus, amouit eas vna cum vecte, impositasq; humeris suis portauit eas in cacumen montis, qui est è regione Hebron. ibid. Et ait Samson ad puerum, qui ducebat eum manu sua. Duc me vt attingam columnas quibus domus sustinetur, vt innitar eis. Porro domus ipsa referta erat viris & mulieribus, aderantque omnes Satrapæ Palæstinorum, quin & super tectum erant ferè tria millia virorum, & mulierum spectantium ludẽtem Samsonem. Samson autem clamans ad Dominum, dixit: Domine Deus memento mei, quæso, & corrobora me, quæso vel nunc ô Deus, vt vnam vltionem sumam de Palæstinis pro duobus oculis meis. Complexus itaque est Samson duas columnas intermedias, quibus domus ipsa nitebatur, & quibus fulciebatur alteram dextera sua, alteram sinistra sua, simulque dixit Samson. Morietur anima mea cum Palæstinis. Et quum toto robore inclinaret, cecidit domus ipsa super satrapas superque omnem populum, qui erant in ea. Fueruntque eorum plures, quos moriens interfecit, quam quos in vita sua occiderat.

EXEMPLVM

De Karolo M. Imp.

KArolus M. Imp. tantæ fortitudinis & roboris fuisse dicitur, quod mediocris staturæ virum manu sua de terra leuauerit, vsque ad humeros & postea rursus deposuerit. Ioan. Stumpf. Chron. lib. 3. c. 88.

EXEMPLVM

De Heluetico quodam.

REfert Auentinus annal. Boiar. c. 4. sub Karolo M. in bellis contra Bohemos Venetos, Hannos & Auares gigantem ex Durgæa, (quæ nostra ætate est præfectura Heluetiorum.) oriundum militasse, qui per flumina, quæ pontib. strata nō erant. Post se equum suum etiam reluctantem traxerit, Venetos Auaresque in modū fœni demessuerit, & in morem auicularum hasta velut cuspide fixos humeris suspenderit. Cumq; domum reuersus à popularib. de hostium statura & belli successu interrogaretur, non sine indignatione responderit. Quid multa de istis ranūculis commemorem? Ego interdum septem vel octo hasta mea transfixos, nescio quid coaxantis vltro citroque tuli. Frustra Imp. & nos tantis sumptib. contra illos vermiculos bellum gessimus. Eandem historiam Conradus de Mure Canonicus Tygurinus in vita Karoli M. descripsit.

EXEMPLVM

De Georgio Castrioto Scander beego.

GEorgii Castrioti Epirotæ viri fortissimi gladium Mahometes Turcarum Imp. & ipsius hostis acerrimus videre cupiit. Hunc cũ Castriotus ad eum accepta cautione Constantinopolim misisset. Nemo tanti roboris in Turcica aula repertus fuisse traditur, qui eo commode & perite vti potuerit: Ob id Mahometes remisso eo veluti ad terrorem suppositio gladio se hostili animo & arte delusum esse renunciari iussit. Cui Scanderbeegus rescripsit, se bona fide, & absque fuco doloue misisse acinacem suum, quo in prœliis valde strenueque vteretur: Verum manum & brachium suum, quo medios Turcos proscindere, transuersos diuidere, integrosq; artus detruncare soleret, non misisse, sed sibi retinuisse, id ipsum se mox re ipsa ostensurum: quod & perfecit.

EXEMPLVM

De viris fortibus in Suetia & Gotia.

SCribit Olaus lib.5.c.2. in Suetia & Gotia viros compertos, qui equum aut bouem humeris ferant, quin & pondus librarum mille è terra sublatum in multa millia passuum gestarint, specialique exemplo nuncupat Starcatorẽ, collo appensas perpetuo gestasse auri puri libras viginti & centum.

EXEM-

EXEMPLVM
De Tritano Gladiatore.

SCribit Solin. c.3. ex Varrone Tritanum scilicet gladiatorem natura Samnitem fuisse, qui ex rectis & transuersis neruis modo crate pectoris, sed & manibus cancellatis & brachiis omnes aduersarios leui tactu, ac penè securis congressionibus vicerit, eiusque filium militem Cn. Pompeij pari modo natum ita spreuisse hostem prouocantem, vt inermi eum dextra & superaret & captum digito vno in castra Imperatoris sui reportaret, quæ etiam habet Plin. lib.7.c.20.

EXEMPLVM
De homine Asiatico.

REfert Simon Maiolus in dieb. canicularib. c. Contingentia. Se Asiæ hominem Asiaticum vidisse, coram Piscariæ Marchione arreptã pilam marmoream prorsus Sphæricam trium pedum ambitu, vt vnius crassitie in altum iecisse, vlnis sæpissimè recepisse, rursumque celerrimo iactu modo ante, modo pone excepisse ex alto relabentem velut si lusoria pila luderet. Quin eisdẽ spectatoribus iussit è macello recentia boũ crura adferri, nudataq; adhuc humorem retinẽtia, gladiolo sub iis superposito, pugnoque percutiens, tam dura ossa in duas discindebat partes transuersim; deinde aliud crus bubulum arreptũ propriæ illisit fronti, moxque sicut si illisisset silici, ingentique marmoreo saxo crus huiusmodi bubulum in partes confractum est, fronte prorsus illæsa. Pugno quoque aliud crus eiusdem ampli-

plitudinis ac duritiei nobis spectantibus, eodem loco contriuit; aliaque insuper fortitudinis ingentis signa ediderat.

EXEMPLVM

De Rodamante Mantuano.

FVit & Rodamas Mantuanus ex Gonzaga gente admirandæ fortitudinis, staturæ tamē modicæ. Is munimentum ferreum, quod equorum pedibus adhibetur, manibus contorquebat: funem quantum sit hominis brachium crassum arreptum, & hac atque illac iunctis manibus torquens ac retorquens, intra duas manus ita discindebat ac frangebat velut gladio discidisset. Equos duos vni insidens, alterum fune ducens, vtrumque in ipso cursus impetu, certa constituta linea sistere vi cogebat.

EXEMPLVM

De Rusticello & Fusio Saluio.

PLinius lib 7.c.20. Rusticellus (inquit) mulum suum tollebat: Sed & Fusius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra scalas ferebat.

EXEMPLVM

De Athanato.

PLinius etiam se vidisse commemorat Athanatum nomine prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothur-

thurnisque quingentorum pondo calceatum per scenam ingredi.

EXEMPLVM

De Milone Crotoniata.

DE quo Solin.c.3.sic habet. Milonem Crotonensem ferunt egisse omnia supra, quæ homo valet, de quo etiam proditur, quod ictu nudæ manus tantum fecit victimam, cumq; solidum, qua mactauerat die absumpsit solus non grauatus. Sed huic nihil profuit fortitudo hæc, quando discissam quercum manibus apprehensam nequiuit discindere, quin potius ipsa in se rediens adeo constrinxit Milonis manus, vt nec eruere potuerit, atque ita vitam cum morte cōmutauit in ipsa sui roboris virtute, vt habet Strabo lib.6. idque ita narrat Maximus lib.9. Milo Crotoniates cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset, accessit ad eam, insertisq; manibus diuellere conatus est, quas arbor excussis cuneis, in suam naturam reuocata compressit, eumque cum tot gymnicis palmis lacerandum feris præbuit.

EXEMPLVM

De Goliatho.

VT habent scripturæ codices 1.Reg.17. Goliath altitudinis sex cubitorum & palmi, pondus loricæ eius quinq; millia syclorū æris erat, ocreas æreas habebat in crurib. hastile hastæ eius erat, quasi liciatoriū textiū, ipsum aūt ferrū hastæ

hastæ eius sexcentos syclos habebat ferri, hac tamen corporis armatura & robore ab adolescentulo inermi, qui æqualis virtutis, cum exempla peregisset, non elatus, sed humilis nihil sibi tribuens, sed omnia diuinæ gratiæ adscribens, tantum gigantem prosternens se populumque seruauit, meruitque triumphare.

EXEMPLVM

De Paulo Boemo.

NAturæ fortitudinem admirandam compertam tradit Bonfinius rer. Vngar. Dec. 4. lib. 2. Paulus (inquit) humillimo genere in Boemia natus inauditis animi corporisque viribus fuit, statura, robore lineamentisque membrorum Herculi prorsus assimilis in paterno pistrino alitus molam sæpè frumentariam sine quoquam adminiculo, quandoque vas vinarium vix currui tolerabile solus humo sustulit: armatum quoque hominem dentibus surreptum inter militares choreas non inermis Sabaudo circumtulit.

EXEMPLVM

De Erico Daniæ rege quarto.

ERicus rex Daniæ quartus ab humero sursum eminebat reliquis, ipso quoque membrorum robore magnitudini respondente. Tãtis enim erat viribus, vt funem quoque manu

præ-

præhensum quatuor fortissimis viris iusserit tenere: eos igitur trahebat quo vellet, circumagẽs, nec ab illis loco poterat dimoueri, vt Krantzius refert Dan. lib. 5. cap. 1.

EXEMPLVM

De Vberto de Cruce Mediolanensi.

VBertus de Cruce Mediolanensis ciuis circa annum Domini 1290. insidens equum citatissimè currentem certa linea constituta immobilem detinebat, ne transiliret: humeris suis iumentum frumento onustum eleuabat ferebatque. Deinde cum se in vnicum pedem constituisset, altero de terra sublato, tanta firmitudine persistebat, vt nemo quantumuis robustus, illum è loco tantillum dimouere valuisset. Leander in Mediolano.

EXEMPLVM

De M. Septimio Imp.

INdice qui proximus à pollice digitus est, & Salutaris nomen habet, M. Septimium, qui ex fabro ferrario imperium tenuit, tantum valuisse dicunt, vt currus ex aduerso nitentes repulerit, & fortissimum quemque collicerit.

EXEM-

EXEMPLVM

De Tyberio Claudio, Augusto Impp.

TYberius quoq; articulis ita firmis fuisse fertur, vt recens malum salutari digito terebraret.

Quod de Claudio II. Cæs. traditur, qui digitis ita validis fuit, vt ictu digitorum aut pugno sæpe equi dentes excusserit.

Contra verò Augustus illo sæpe laborauit, ita vt vix cornei circuli supplemento scripturæ admoueret.

EXEMPLVM

De Arturo rege Britonum.

ARturus Britonum rex qui vixit anno 470. gladium habuit Caleburnum & lanceam Ronam, quo gladio vno prælio occidit 470. hostes, si vera sunt, quæ Sigebertus Gemblacensis memoriæ tradidit.

EXEMPLVM

De Georgio Fronspergio Caroli V. Duce.

Promptus eram nulli veterum virtute secundus
Seu res consilio seu peragenda manu.
Stans egô equum potui frenis inhibere volantem,
In valido tantum corpore robur erat.

EXEM-

EXEMPLVM

De forti muliere Bohemica Domka.

DOmka fuit fœmina Bohemica, ex oppido Huoıky tantæ fortitudinis & roboris, ita vt viuam vaccam ad iactum arcus ferre humeris poſſet, vixit anno 803. refert Wenceslaus Hageccius in Chron. Bohem. p. mihi 41.

DE LONGITVDINE quorundam hominum.

EXEMPLVM

De Cyno Iureconſulto.

CVm in amplitudine & latitudine plus quã in longitudine ſapientia conſiſtat, ſecundũ Petrum de Bellapertica, ſummè id diſplicuit Cyno, qui vltra modum longus erat, vt dicit Bartol. in l. 1. D. de Iuriſd. omn. iudic. nec ſunt communiter audaces nec valentes, velut cor multum diſtans à cerebro habentes. Hæc Gu. Bened. in Repet. c. Raynut. in verbo Teſtam. n. 27. de Teſtam.

EXEMPLVM

De Salamine.

SAlamin Euthymenis filiꝰ creuit in triẽnio triã cubita ſublimitate, ſed inceſſu tardo, ſẽſu hebeti, robuſta voce, pubertate feſtina, ſtatimq; obſeſſꝰ morbis plurimis iṁoderatis ęgritudinũ ſupplicijs

plicijs compensauit, præcipitem incrementi celeritatem. Solin. cap. 5.

De mira agilitate quorundam.

Agilitas leuitasque corporea non paucis inest hominibus, eaque etiam studio industriaque acquiritur. Nam vidit Hispali Antonius Nebrissensis hominem, è Canariis Insulis ortum, qui in eodem vestigio sinistri pedis insistens, ab octo passibus volentibus illum saxo petere se exponebat, fugiens plagam, nunc facta in alterutrum latus parua admodum capitis declinatione: nunc totius corporis subtractione, nunc alterna crurum permutatione venientem ictum fugiebat, tantoque periculo se toties percussori exponebat, quoties illi æreum quadrantem porrexisset. Id memorat Nebrissensis Rer. Hisp. Dec. 2. lib. 1. cap. 1.

EXEMPLVM

De Funambulo.

Vidimus (inquit Simon Maiolus in diebus Canic. Colloquio 4.) in Cisalpina Asiaticum hominem funambulum ensibus prælongis introrsus armata crura habuisse, adeo vt gradienti inambulantique funem, oporteret crura admodum dilatare, ensem ne cuspide crura vulnerarentur, inambulasse securè: deinde ligna duo teretia, tres digitos lata, cubito longiora sibi pedibus subiecisse, illisque rectis insistens ipsum funem

funem inambulasse, atque alia plura fecisse, quæ nisi oculata fide cõspiciantur, vix credi possunt.

EXEMPLVM
De Histrione.

LVitprandus Ticinensis auctor non contemnendus scribit, cum Berengarii nomine apud Constantinopolitanum Imperatorem legatione fungeretur, anno Domini 950. Ludum hunc se spectasse: Ferebat quidam histrio in frõte otiosis manibus rectum lignum, cuius longitudo quatuor & viginti pedum erat, pyramidali forma, latitudo in imo bicubitalis, at in summo cubitalis. Duo pueruli nudi præter fæmora succinctoriis tecta lignum ipsum rectum histrionis fronte sustentatum ascenderant, nullam in partem id inflectentes, seruato semper suæ rectitudinis æquilibrio, perinde ac si radicibus in fronte histrionis fixum constitisset, vbi ad verticem vterque peruenerant, ludebant ibi ligno semper immobili. Descenderat deinde alter tantum; alter qui permanserat ibi solus elegantissime ludebat, immobili semper ligno. Accedit iis, quod histrio omni huius temporis, non paruo interuallo fixis pedibus, otiosis manibus immobili semper fronte, recto corpore perstiterit, cum tamen amplissimum ponderosumque lignum illud esset. Hæc Luitprandus oculatus testis lib. 6. cap. 4.

DE MIRIS ARCHITECTIS.

EXEMPLA

TExtor in sua officin. multos scribit Architectos, quos dicit fuisse nobiles, vt fuit Damocrates, qui Alexandriam metatus est.

Spintharus Corinthius Delphicum templum construxit.

Cthesiphon templum Dianæ Ephesię, vbi simulacrum ipsius Deæ virigineum fuerat. Vnde Plinius operi inquit præfuit Cthesiphon Architectus.

Meleagenes fanum Mineruæ Priennensis,
Theodorus Phocensis fecit Tholum Delphicum,
Phylo Atheniensis Armamentarium Pyrai,
Hermogenes ædem Doricam Iunonis Magnesiæ
Sugolas Mausoleum Artemisiæ,
Zenodotus nobile pauimentum, Pergami.

Hermodorus nomen est Architecti, qui Obeliscum fecit, Æmylius, Rholus & Theodorus Architecti fecerunt Labyrinthũ Lemnium.

Valerius Hostiensis Architectus fuit, qui theatrum Romæ texit.

Menesicles Architectus Athenis arcem ædificauit.

Nicon pater fuit Galeni Geometriæ & Architecturæ peritissimus.

Apollodorus Traiani forum, Metodeum & Gymnasium Romæ fabrefecit. Hunc interfecit Hadrianus.

Et ali-

Et aliquos ex prædictis posuit F.Patricius in lib.1.de institut. Reip.tit.9.

EXEMPLVM

De Archyta Tarentino.

PHauorin9. Ἀρχύτας ταραντῆνιος φιλόσοφος, ἅμα καὶ μηχάνηχος ὅς ἐποίησε περιστερὰν ξυλινὴν πετομένην: ἥτις εἴποτε κατήσησεν, οὐκ ἔτι ἀνίςατο; μέχρι γὰρ τούτου. Id est. Archytas Tarentinus Philosophus pariter & Mechanicus vir columbam ligneam fecit volantem, quæ si nonnunquam subsedisset: præterea non exurgebat, hactenus enim. A.Gellius lib.10.c.12.

DE MIRIS SCVLptoribus.

EXEMPLA

De Dipeno & Scylli Cretensibus.

DIpenus & Scyllis Cretenses, Sicyonem se contulere, vbi fuit quondam præcipua omnium metallorum officina, ibique sculpendo marmore primi omnium claruerunt. teste Plin. lib.36.nat.hist.c.4.

EXEMPLVM

De Phydia.

PLin.lib.eod.c.5. Phydiam clarissimum artificem nunquam satis laudatum dicit. Is fuit Atheniensis sculptor & minoribus, simulacris scalpendis claruit. Idem fecit statuam Mineruæ, ex auro & ebore amplitudine 26. cubitorum. In cuius scuto cælauit prælium Amazonum, &

Gigantomachiam. In soleis Lapitharum pugnam & Centaurorum. Fabius Phidias (inquit) diis quam hominibus efficiendis melior, in ebore verò longè citra æmulum, vel si nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympium in Ælide Iouem fecisset.

Martial. lib. 3.

Artis phidiacæ toreuma clarum
Pisces aspidis, adde aquam natabunt.

Idem lib. 6.

Quis te phidiaco formatam Iulia cœlo
Vel quis palladiæ non putet artis opus.

Stat. lib. 2. Sylu.

Phidiacæ rasere manus.

EXEMPLVM

De Lysippo.

LYsippus Sicyonius adeo claruit sculptura, vt ab eo solo fingi voluerit Alexander, quemadmodum pingi à solo Apelle. Horat.

Edicto cauit ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret ære.

STROZA PATER.

cedit Lysippus phidiacusque labor.

HVnc Plinius ait fecisse ad 70. opera, quæ singula arti claritatem dare potuissent. Propertius, Gloria Lysippo est animose fingere signa.

De

De signo Legitimationis liberorum apud Germanos & Gallos.

Vetustissimus Rheni accolarum mos erat talis. Recens natos liberos suos in Rheno flumine solebant explorare clypeo vel galeæ impositos, fluitantes atque natantes vt legitimos amplectebantur, & educabant, subsidentes autem velut spurios & adulterinos abiiciebant & deserebãt, qua de causa Græci Rhenum ΖΗΛΟΜΟΝΑ appellare solent. Extat vetus Epigramma Græcum, quo mos iste Celtarum eleganter describitur. Meminerunt item pulcrè Greg. Nazianzenus & Claudianus Poeta ad Ruffinum libr.1. Franc. Irenæus exeges. lib.1.cap.17. Gallos gelido amne natos immergere solitos, refert Aristot. Polit. lib.7.cap.17.

De probatione Adulterij fœminarum in Veteri Testamento.

Vt habetur Numeri c.5. quando mulier stupri vel adulterii insimulabatur, Moses dari iussit potionem maledictionis, illa sumpta, si mulier rea erat stupri, pertransibant illam aquæ maledictionis, & inflato ventre putrescebat femur eius, eratque in exemplum omni populo, si polluta cum alio non erat, potio sumpta ei nihil nocebat.

EXEMPLVM

De Tuccia Vestali.

TVccia Vestalis iussa dicere causam, crimenque diluere, quod ab accusatore intendebatur. Vestam precata est, vt si castè sanctéque eius sacris ad id tempus operam dedisset, propositum teneret. Hoc tantum precata est, simulq; ad ripam fluminis progressa multis comitantibus, vt rei euentum cognoscerent, cribrum fluuiali aqua plenum ad Pontificum conspectum (quorum ea cognitio erat) detulit: Adiiciunt huic miraculo accusatorem attentè requisitum, nusquam apparuisse amplius Sabellic. li. 2. cap. 5.

EXEMPLVM

De Claudia Vestali.

PAri miraculo illustrata Claudia eiusdē ceremoniæ cultrix, cuius liberior vita cum calumniam incurrisset, vt eam hominum animis opinionem magno aliquo testimonio eximeret, facinus adorta est, plus admirationis quàm fidei apud posteros habiturum. Nauem qua Deorum mater vehebatur, Tyberino vado hęrētem, Vestam prius suppliciter precata cingulo alligat, mox eam remolita est, traxitque aduerso flumine, quod pars Roman. ciuitatis post multos, & varios casus requisiuerat. ibid.

De probatione Innocentiæ per ferrum candens.

Olim ætate Honorii tertii erat, & in vsu ad proband. innocentium purgatio per ferrum candens, quo vsa fuit Kunegundis Imp. Henrici 2. con-

coniunx, adulterii insimulata, seq; eo purgauit. Verum talis purgatio, vt peruersa & superstitiosa reiecta est, iuxta c. fin. de purgat. vulgari. & 2. q. 5. c. Mennam. & c. consuluisti S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. S. Anton. 4. part. Tit. 15. c. 34. §. 2. Ioan. à Turre cremat. in d. c. consuluisti. Panorm. & Ancharan. in d. c. fin. de purgat. vulgar. Cum Deus in eo tentari videatur, quia probare intendit innocentiam vel culpam hominis per experimentum, non secundũ naturam, neque secund. Catholicam scripturam, sed per modum superstitiosum, cum ferrum candens naturali ratione ita lædat innocentem, sicut peccantem, ad miracula autem, quæ Deus arbitrio suo reseruauit, vt Ancharanus, ait non ferro candenti vel aqua frigida, sed iustis orationibus commouetur Deus. Sed sæpe ignis & aqua ad eruend. verum plusquã consuetus naturæ cursus efficiunt, cum vt veri vis inueniatur, effectus adeo naturæ suæ contrarios pariant.

De probatione vel purgatione per aquam frigidam.

Fuit & olim in vsu & adhuc apud quasdam gentes viget probatio vel purgatio per aquam frigidam, quæ fit hoc modo, & plerumque nunc in Sagarum criminibus. Malefica præsumpta adducitur ad flumen vel lacum, ligatur manibus pedibusque in formam crucis, ligata proiicitur in aquã frigidã, si enatat, habetur

vehementer suspecta maleficii & iterum quæstioni subiicitur. Si verò submergitur, vt innocens absoluitur. Et hæc communiter reiecta est, velut peruersa & superstitiosa 2. q.5. c. Mennam ex registro S. Gregorii in Epistola ad Brunichildam reginam Franciæ. Sequuntur Panorm. & Ancharanus supra d. loc. in cap. fin. de purgat. vulgar. Ioan. Bodinus lib. 4. c. 4. Petrus Binsfeld. de confess. malef. septim. & vltim. conclus. dub. 1. per rationes ibi not. quem sequitur de verbo ad verbum Hardu. à Dassel in suo responso, in causa pœnali malef. ideo huc non transporto. Longè defendit eam Gulielmus Adolphus Scribonius Marpurgensis lib. 2. de Sagarum natura & potestate, quem ego sequor, non tam quod Originarius meus sit, quàm attentis rationibus subseqq. cum enim hæc scripserim, occurrit fortean mihi eius liber. Cum elementum aquæ materia sit sacramenti baptismatis, quo Christo incorporamur, cum in sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solemnia Domino offeruntur, panis & vinum aqua permistum in sacrificium offerantur, non autem debet in calice Domini aut solum vinum aut aqua sola efferri, sed vtrumque permixtum, quod vtrumque ex latere Christi in passione sua fluxisse legitur. Vnde Ambros. in libr. de Sacrament. Quare in sacrificio aqua vino misceatur, accipite & illud: De latere ejus effluxit aqua & sanguis, aqua vt emundaret, sanguis vt redimeret. Quare de latere? qa vnde culpa, inde gratia, culpa per fœminam,

minam, gratia per Christum. c. in calice. de con secr. dist. 2. Ex hisce igitur, quia aqua per tactum Dominici corporis sanctificata est, c. nunquam. distinct. 4. de consecr. puto maximum illudque intrinsecum, & naturæ occultum dissidium inter aquam & Veneficas, ob hanc causam, quia Sagæ veneficæ magi, &c. quando se diabolo deuouent, abnegant & abiurant baptismum & fidem in eo Christo datam & reliqua sacramenta in contemptum Christi, de qua renunciatione Petrus Binsfeld. in tract. de confess. malef. prælud. 6. refert, exemplum ex Amphylochio in vita Basilii M. Quando igitur Sagæ imponuntur aquæ, respuit illas aqua tanquam indignas submersione, & sic mundo prodere videtur. Plura possunt testimonia de aqua proferri, supr. de potione maledictionis Num. 5. Ezech. Aspergam super vos aquam mundam & mundamini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulacris mundabo vos. Item in Numer. Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergatur de hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur. Item omnis qui tetigerit humanæ animę morticinium, & aspersus ex hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini & peribit ex Israel. Et iterum. Et locutus est Dominus ad Mosen dicens. Accipe Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos, & ita facies eis purificationem ipsorum, circumsperges eos aqua purificationis, & iterum aqua aspersionis purificatio est. Vnde

apparet aſperſionem quaſi aquæ inſtar ſaluatoris lauacri obtinere. Scias diaboli nequitiam pertinacem vſque ad aquam ſalutarem valere, in baptiſmo verò omnes nequitiæ ſuæ vires amittere, quod exemplum criminis in Pharaone, qui vi reluctatus eſt, & in ſua perfidia demoratus tamdiu reſiſtere potuit & prævalere, donec ad aquã veniret, quo cum veniſſet victus eſt, & extinctus. Mare illud ſacramentum baptiſmi fuiſſe declarat S. Paulus dicens: Nolo vos ignorare fratres, quod patres veſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt, & in nube & in mari: & addit dicens: Hæc autem omnia in figura noſtri fuerunt, ad quæ & alia maximè maiores noſtros reſpexiſſe non dubito, quod probationem illam per aquam inſtituerint, poſt hæc in eadem opinione inuenio & allego Sereniſſ. & potentiſſ. autorem Dæmonologiæ Iacob. Angliæ & Scotiæ regem in lib. 3. c. 6. circa fin. vbi ſagarum ſupra aquam natatum medium ad inquiſitionem incantatorum rectè adhiberi tradit adducto exemplo de homicidio clam perpetrato & ſanguine ex cadauere occiſi manante, addens vltra abnegationem baptiſmi, quod ex oculis ſagarum ne lacrymulam quidem vllam, quocunque modo eas extorqueas, excrucieſque, prius quam pœnitentes ſint, profundere poſſint, cum alias ſexus fœmineus in contrariam partem qualicunque occaſione ſit promptiſſimus.

De ſigno

De signo probationis virginitatis apud Hebræos.

Tradunt Medici pro comperimento virginitatis,quod primus concubitus cum fœmina fiet asper & durus ob fractionem Hymenis, quod est cuticula paruula intercludens ingressum, & matricem vuluæ, ad quod etiam Moses videtur respexisse Deut.22.vers.13.cum seqq.in cuius loci expositione Erasmus Marbarch.commentar. in Pentateuch. Non abs re coniicit lintea primi concubitus præsentib.testib.à parentib.in locum securũ reposita fuisse, vt vbi vsus esset filiarum pudicitiæ indubitato testimonio essent. Alex. in L. apud Labeonem §. Si quis virgines D. De iniur. Abbas in cap. proposuisti. De probat.Socin. Iun.in consil.102.in 2.part.Barbat.in d.c.proposuisti. Cotta in memorabil. in verbo. Hæres suus morem ciuitatis, Nolensis refert probari virginitatem de præterito per pannnm sanguinolentum Afflict. decis. 236. num. 3. Verum Ambrosius Paræus regius ille Galliæ Chirurgus tanquam fabulam & figmentum, quicquid veteres de Hymene cantarunt, reiicit, cum ipse in tot virginum & puellarum anatomiis; nullum inuenerit, sanguinisque profusionem, in primo concubitu ex angustia, & fractione tenuium venarum oriri, cum in adultis virginibus nullus dolor, neque sanguinis effusio in primo concubitu aduertatur. Sed & summi Medici & Philosophi etiam quidam

dam Iureconsulti prodidere nullum esse hymen, vt doctiss. Cuiacius & diligentissimè omnium sententiis expositis scripsit Alber. Gentilis in lib. 7. de nuptiis. Verum & Romanos eius rei rationem habuisse ex Claudiano colligitur in Epithalamio Mariæ & Honorii.

Et vestes Tyrio sanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor,
Tunc Victor madido prosiliat thoro
Nocturni referens vulnera prælii.

Et sciendum est, hunc morem Virginitatis explorandæ, apud plerasque gentes Mahometicas, quæ à Mose multa accepere, etiam adhuc frequentari, vt apud Afros, qui in matrimoniis celebrandis hunc ritum obseruant, vt refert Ioã. Leo lib. 3. c. 34. in descriptione Africæ. Sponsa tabernaculum ligneum octogenale serico panno tectum ingreditur, & in eo sedens à baiulis defertur, eam comitantibus parentibus & affinib. & magno cum tibiarum, tubarum & tympanorum strepitu prælucentibus facibus, ad maximũ forum contendit, temploque præterito sponsus socrum & reliquos omnes salutat, domumque quantum potest, properat, pater, frater & patruus sponsum ad cubilis ingressum deducunt, eumque pariter sponsi matri tradunt. Sponsam in cubiculum ingredientem Sponsus excipit, & suo pede ipsius pedem tangit, ibi tum aliis discedentibus, ambo recluduntur, interim paratur nuptiale conuiuium, & mulier quædam præ foribus expectat, donec linteolum sanguine tin-

ctum illi porrigat, quod illa manum gestans cõuiuis ostendit, alta voce clamans, Virginem incorruptam, & à viro integram fuisse. Hanc cum aliis quibusdam fœminis primo parentes Sponsi deinde sponsæ excipiunt splendidè. Quod si fortassis corrupta reperiatur, magno omnium cum dedecore nuptiis infectis ad parentes relegatur. Hactenus Ioan. Leo. Tamen vt dicit Archid. in c. hæc imago 33. q. 5. mulier cognita millies, de facili scit inuenire remedia contraria, vt allegat Abbas d loc. Idem adhuc in Hispania seruari scribit disertis verbis, Laurentius Ioubertus Professor Academiæ Montis Pessulani in libro cui T. Erreurs populaires an faist de Medecinæ, & regime de sante lib. 1. c. 4. Ancores aiourdhui les Espagnole grans obseruateures de ceremonies sont quel' endamain de noces les mattones montrent an public & avec grand acclamation lis draps du lict nuptial, pour voce les taches de la defloration criant par plusieurs fois d' vne fenestre, qui reponde à la rue vierge lato nemos. Refert tamen Paulus Cypræus libr. de iure connubiorum c. 13. se cum anno 83. in Hispania Legatus ad regem Philippum à duce Holsatię Adolfo missus esset, nihil tale percunctationib. discere & explorare potuisse, etiamsi cum viris primariis ea de re sermonem & colloquia haberet. De Barbaris & nigris eadem penè tradit Petrus Bembus lib. 6. histor. Venet. Hi enim, inquit, & boni homines & strenui bellatores filiabus suis, vbi primum natæ sunt, pudenda consuunt, sic tamẽ

vt vri-

vt vrinæ meatus non impediatur. Illæ autem sic consutæ, vbi adoleuerint, nuptum dantur, sed primum ea sponso relinquitur incumbitque cura, vt ferro conglutinata ceruicis vteri labia secet diuidatque.

De variis hominum coloribus.

Cœli climata in colores hominum plurimum influunt. Æthiopia nigros producit, Europa albos, aliæ regiones medio colore. In Mexico noui orbis regia tradit Cortes. Relat. 2. homines aliquot publice ali, quibus ab ipso ortu crines supercilia ac palpebræ albæ fuerint, valde ibi pro admirando habitum est.

De hominibus Melancholicis.

Sunt quatuor complexiones hominum. Sunt Melancholici, & in iis accidit ardor stomachi, multitudo appetitus canini. Color fuscus in facie, sanguis est niger & spissus, vrina nigra vel aliquantulum ruffa, tendés aliquando ad viriditatem vel palliditatem, corpus in tactu sentitur frigidum, hebes est in labore, pedes frigidi sunt, cor multum suspiciosum, persona ex cogitatu tristis facile, risu tenax, amans stare in solitudine, pauci est cibus & potus.

De hominibus phlegmaticis.

Cum phlegma nimis abundat, in ore accidit multitudo saliuæ, id est sputus multus, qui si fuerit albus & fluidus, est bonus, si viscosus, malus, paucitas sitis, os madidum, gula mollis, & lingua,

lingua, rarò bibit vel nunquam nisi in prandio vel cœna, vrina exit alba, piger & in laborando debilis, superfluitates abundant in naso oculi sunt graues,& somuolēti,somnus fit longus, caro vndique sentitur mollis & lasciua, appetitus debilis,paucus,acerbus,digestio tarda in facie cō lor albus,egestio mollis & paucæ frigiditatis, in addiscendo est grossæ capacitatis,oculi sæpe lacrymant, & proprie omni mane, pili cito crescunt & vngues.

De hominibus Cholericis.

Cum cholera nimis abundat, accidit in faciē color citrinus,amaritudo in ore, asperitas in gula,sitis multa,pauca saliua,lingua sicca & aspera. Caput sæpè dolet, os siccum, debilis, appetitus tardus,vomitus citrinus, vel viridis, cum multa amaritudine, egestio erit sicca,dura, & pauca quasi adusta, & fœtulenta cum multo premitur labore,vrina tenuis, citrina, ignea & clara,vigilatio multa, dormitio pauca,caro macra & cor instabile.

De hominibus sanguineis.

Cum sanguis nimis abundat, accidit pruritus quasi vbique carnis & principaliter in brachiis, in facie abundat rubedo continua, oris dulcedo sentitur, præter solitum fiunt vesiculæ in ore & labiis. Quidā ardores sentiuntur in pectore quos carbūculos appellamus,q̄b.persona perditcomedere & suos somnos, vrina rubea & aliquātulum spissa,corp⁹ pinguescit,res sapiunt bonæ in æstu, vnde

vnde benè appetit, d gerit & disponit. Michael Scotus in Physionom. c. 40. & seqq.

De Caino Timoroso.

CAin primogenitus Adæ & Euę. Hic primus agrorum cultor fuisse perhibetur, cupidissimus quidem & alienæ felicitatis impatientissimus cum sceleratus dolens munera sua reprobata à Deo, & munera fratris sui accepta mot[u] inuidia fratrem suum Abelem ductum in agru[m] interfecit, propter quod à Deo punitus fu[it] [e]t omnibus diebus vitæ suæ vagus & profugus super terram. De signo quod Deus Caino imposuit, scriptura expressum non est: alii lit eram fronti expressam, alii cornu enatum, alii canem præcursorem adiunctum, nonnulli tremulum corpus comminiscuntur occasione maledictionis, qua Deus ad Cainum dicebat: Vagus & tremens erit. Hieron. ad Damas. & alii fermè in eo consentiunt horrendo tremore manus, & caput omniaque corporis membra Caino concussa fuisse, quod etiam Chrysostomus approbat hom. 19. Vnde & vulgata versio Nomen Nod in qua terra habitauit Cainus, ad Cainum refert, & sic reddidit: Habitau[i]t profugus: Bestias quippe & dæmones timebat, non tam homines, qui paucissimi erant, vt supradictum est, ob amissum signaculum Dei.

DE

DE HOMINIBVS INVI-ctis & illæsis.

EXEMPLVM

De Abrahamo.

ABrahamus suffocato in Vhr Chaldæorum Aran fratre suo in igne, quia ignem colere noluit, cum & ipse proiectus fuisset in ignem, à Deo liberatus est.

EXEMPLVM

De tribus pueris Sadrach, Mesah, & Abednego.

TRes hi viri quum nollent adorare simulacrum illud, quod rex Nebucadnezar erexisset & ad adorand. præcepisset, in ardentem fornacem ignis proiecti sunt, sed in corpora eorum ignis vim nullam habuit; neque capillus capitis eorum adustus est, Dan. c.3. Admiratur hoc ipse Iohannes Chrysostomus super Genes. homil.12. Et ne quis putaret visibilem hunc ignem operatione carere, idcirco misericors Deus illius efficaciam & operationem non impediuit; sed vim illam vrendi illæsam seruauit, & seruos suos illo superiores fecit; at in illos qui foris erant, ignis suam operationem exercuit; nam exussit & absumpsit. Quando enim Dominus vult, elementa omnia in contrariam mutat operationē. Hæc ibi, qui & in Psalm.96. exaggerat idem mi-

raculum his verbis: Edax ignis in tribus pueris ſanctum, & diuinum ternarium reuerebatur & tremebat: ſuæ enim naturæ oblitus tam nihil nocuit, vt etiam capillum læſioni valdè obnoxium non offenderit. hæc ille.

EXEMPLVM

De Iona Propheta.

IOnas Propheta cum fugiens à facie Domini nauigaret Tharſum ſuborta tempeſtate à nautis per ſortem in mare deiectus eſt, & à piſce magno deuoratus, in cuius viſcerib. tribus diebus & tribus noctib. fuit. Mandatu autem Domini piſcis Ionam rediuiuum euomuit in aridam, Ion. cap. 1. & 2.

EXEMPLVM

De Daniele inter Leones.

DAniel Propheta innocentiſſimus coniectus eſt in foueam Leonum. Sed Deus Angelum ſuum miſit & concluſit ora Leonum, vt non læſerint Danielem. Eſtque Daniel eductus de fouea, neque labes vlla reperta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo, Dan. 6.

EXEMPLVM

De B. Petro ambulante in mari.

IOann. 21. habetur: Simon Petrus cum audiſſet, quod Dominus eſſet, tunica ſe ſuccinxit, erat enim nudus, & miſit ſe in mari, alii autem diſcipuli nauigio venerunt. Origenes, peccatores inquit,

inquit, graues sunt, inde est ergo, quod iniqui demersi sunt, sicut plumbum in aqua: Sancti autem non demerguntur, sed ambulant super aquas, quia leues sunt, & peccati pondere nõ grauantur. Ambulauit Saluator super aquas. Ipse enim peccatum nescit; ambulauit & discipulus eius Petrus, licet paululum trepidauerit. Non enim talis erat ac tantus, qui nihil omnino de specie plumbi in se haberet admixtum: habuit licet parum, propter quod dicit Dominus ad eum: Modicę fidei quare dubitasti. Vid. Cosm. Magellianus in com. cantic. Mos. sect. 5. annot. 3. n. 1.

EXEMPLVM

De vestibus S. Bartholomæi.

DE B. Bartholomęo legitur, quod viginti sex annis vestimenta eius & sandalia non veterascunt, nec sordescunt. Anton. Florent. in sua histor. part. 1. Tit. 6. c. 12.

EXEMPLVM

De vestibus Israelitarum per 40. annos in deserto perdurantibus.

ID exprimit Deuteronomii liber c. 8. & 29. his verbis: Adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus. Et rursum. Adduxit nos Dominus qua-

draginta annis per desertum, non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Hæc ibi.

EXEMPLVM

De vestibus Abrahami confessoris.

ABrahami confessoris in Syria vestes ad quinquaginta annos integras, cum semper iis ille tegeretur, perdurasse constat, vt refertur ex Metaph. 29. Octobr. Lipom. Tom. 6. col. 8.

EXEMPLVM

De S. Conrado.

S. Conradus Episcopus Constantiensis ex nobilibus in Germania ortus patentibus litteris eruditus à Nothingo Episcopo Constantiensi auditor, causarum, inde Præpositus effectus, post eius obitum à S. Vdalrico & Clero in Episcopum electus inde Ecclesiam Constantiæ, & duas alias ante portum construi fecit. Et cum tertia vice Hierosolymam petiisset in Ecclesia S. Mauritii sepulcrum Domini adinstar Hierosolymitani construi fecit. Celebrans in die Paschæ, araneam in calice delapsam cum fiducia sumpsit, quæ postea hora prandii sine læsione de eius ore exiuit. Hartm. Schedel. in Chron. ab init. mundi sext. ætat. pag. 202.

EXEM-

EXEMPLVM

De S. Cæcilia.

CÆcilia virgo Romana corporeo decore, moribus ac sanctitate & laudabili castitate cum nollet idolis sacrificare, ab Almachio in bullienti aqua die noctuque iussa concremari, vbi illæsa mansit, quo audito, iussit eam in balneo decollari, quam Spiculator tribus ictibus percutiens, nequaquam caput amputare potuit. Et quia decretum erat ne quartam percussionẽ decollanda reciperet eam semiuiuentem reliquit. Dein per triduum omnia sua bona pauperib. distribuens, & quos ad fidem conuerterat, Vrbano Papæ commendauit dicens: Triduanas à Domino postulaui inducias, vt hanc domum meam Ecclesiam consecrares. His dictis spiritum emisit. Hartman. Schedel. sext. ætat. mundi p. 130.

EXEMPLVM

De S. Ioanne in oleo feruenti illæso.

SAnctus Ioannes Euangelista Tertulliano teste sub Domitiano Romæ in feruentissimi olei dolium iniectus est, & tamen exiliit omnino illæsus, quin & purior & vegetior, vt tradit S. Hieron. contra Iouinianum ex Tertull. de præscriptionibus hæreticorum.

EXEMPLVM

De Petro Cardinale ignem permeante.

Vicit & aduersarios illæsus ab igne Petrus ille amplissimus Cardinalis Albanus cognomento igneus. Nam vt Simoniacam hęresim superaret, compositam magnam hinc inde supra & infra ardentem lignorum struem permeauit Florentiæ, omni astante populo rei exitum præstolante, permeauit pluries lento gradu illæsus tum corpore, tum vestib. vicit eum in modum hostem suum traxitque in suam sententiā gentem omnem. Id tradit Blasius Milanesius in vita S. Ioannis Gualberti apud Surium, Tom. 4. Vrspergens. anno Domini 1068.

EXEMPLVM

De Poppone illæso in igne.

Erat Poppo ex Aquilonari plaga ortus sacerdos, religiosus planè vir diu in Italia peregrinatus, & apud summos Rom. Eccles. Pontif. in pretio habitus. Is aliquando in Daniam profectus vbi hostes Christi idololatræ regnarēt, atq; ita permanente Danorum rege apud Portum, cui ob frequentiam glaciei nomen est, accito magno Danorum cœtu publice de fide Christi verba facere cœpit: Quib. vt vera esse, quæ doceret, suaderet, candentis ferri tantum illæsis manib. obtulit, experimentum. Allata est igitur ferrea ignitaque chirotheca longa vsque ad cubitū:

Poppo

Poppo excepit manib. immisitque vsque ad cubitum dexteram, detulitque vsque ad constitutum quendam locum ac demum ad regis pedes proiecit. Rex vbi id admirans animaduertit, illæsis scilicet manib. tamdiu ignitam ferream chirothecam delatam à Poppone fuisse, sponte in Christum credidit, lauacroque ab ipso Poppone nudatis humeris ceruicem subiiciens intingi passus est, vt Krantzius tradit Vand. lib. 4. c. 21. & Saxon. lib. 10. & Metropol. lib. 3. c. 34.

EXEMPLVM

De puero illæso ab igne.

VT S. Ambrosius tradit de Virginib. lib. 3. proditum est, inquit, Alexandro sacrificante Macedonum rege puerulum Barbarum, qui ei lumen accenderet, excepisse ignē brachio, atque adusto corpore mansisse immobilem, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pœnam indicasse fletu, tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturam vinceret, atque ille non Deos qui nulli erant, sed regem timebat, recolit hoc Lipom. tom. 2. in vita S. Marcelli.

EXEMPLVM

De puero Heleno.

SEd certè admirabilior Christiani pueri Heleni fuit virtus: tanta enim sanctitate tenella ætate adhuc ille enitebat, vt cum ignis causa ad vicinos accederet, in sinu exceptum ferret, se ac veste illæsa: Vita Sanctorum Patrum p. 1. de S. Heleno & ead. p. 1. in vita S. Eugeniæ.

EXEMPLVM

De Maria Ægyptiaca sicco pede super Iordanem ambulante.

MAria Ægyptiaca quanquam Iordanis aquas non diuiserit, vt Iosue, Elias aut Elisæus atque alii, signo tamen crucis fecit suis pedibus solidas terræ modo, vt eas ascendens inambularet, in alteramque partem descenderet Zozimo Abbate spectante. Paulus Diaconus Ecclesiæ Neapolitanæ in ipsius Ægyptiacæ vita, quod & Fulgos. habet. lib. 1. idque non semel tātum ab Ægyptiaca Maria patratum est, sed sæpè ac quoties ad Zozimum sacro sanctę Eucharistię causa sese conferret, quod idem Paulus memorat.

EXEMPLVM

De Panthalemone.

PAnthalemoni gloriosissimo Martyri, cū Tyrannus collo ingens saxum alligasset, atque in mare præcipitem dedisset, saxum non secus atque arborum folia mari supernatauit, ipse verò quasi alter Petrus super fluctus ambulauit securus. Metaphr. apud Lipomanum Tomo 6. 28. Iulij.

EXEMPLVM

De muliere septies icta.

SCribit S. Hieronymus, mulierem quandam Ver-

Vercellensem adulterii insimulatã, iuuenẽ autem qui reus eius criminis fuerat delatus, tormentorum vi adactum crimen iudicii fuisse cõfessum, mulierem vero innocentem semper constantem stetisse. Sumpto igitur de confitente iuuene supplicio, mulier septies icta, gladio in gutture adacto, nunquam lædi potuit, quin ad capulum gladius reflectebatur, tandemque cum mori defessa laboribus ipsa videretur ad sepulcrum illata est. Verum resumptis viribus, viuere comperta est illæso corpore, ac ne superesset iniquo iudici torquendi aut potius occidendi facultas; ea ipsa die comperta est defuncta mulier quædam Ecclesiæ sumptibus, viuens ea sepulcro infertur. Iudice igitur quærente, an illa adhuc viueret, ostenso recenti sepulcro ab omni reliquo conatu destitit. Hæc ex S. Hieronymi sententia lib. 1. Epist. ad Innocent.

EXEMPLVM

De Britii lineo illæso ab igne.

NArrat Gregorius Turonensis hist. Gallic, lib. 2. cap. 1. De Britio Turonensi Episcopo, qui cum mulierem sororis loco domi admisisset, ambigeretque de eorum castitate plebs temeraria ardentes prunas in proprium ipse lineum capitis tegumentum iniecit, diu ita gerens & longo interuallo inustum illæsumque plebi ostendit.

EXEMPLVM

De B. Christina.

B. Christina Scota testimonio Iacobi Aconensis Episcopi & Cardinalis, se in ardentes fornaces iniiciebat, in quibus præ doloris vehementia horribiliter exclamabat, nec tamen in ea ingrediente læsio apparebat: frequenterque se proiiciebat in ignem vel manum vel pedem tãdiu in igne tenebat, quod iuxta naturæ cursum potuisset in cinerem redigi: sæpe ingressa grandes cacabos bullienti aqua repletos vsque ad renes aut vbera, & cæteris membris aquam feruidam superfudit, in quib. pœnis clamaret velut parturiens, at nullum læsionis vestigium apparebat, vt scribit Dionysius Carthusianus in libr. de quatuor nouissimis c.50. & in colloquio de iudicio animæ c.33.

EXEMPLVM

De Matthiæ Regis Vngariæ fratre Ladislao.

HIc Ladislaus filius Ioannis Hunniadis (qui Pater fuit Matthię regis, tyrannideq; Vngariæ diu oppressit) in Alba regali Vlricum vltimũ comitem Ciliæ, mille confodit vulnerib. Ladislaus ad capitis supplicium ducitur. Ecce miraculum, tres ictus à carnifice illæsus sustinuit: Surrexit, inquit, iure liberatus sum, tertio siquidẽ percussus ictu Dei adhuc beneficio supersum. Sed quarto ad terram ruptus, caput amisit. Bonfin.

EXEMPLVM
De homine fulminato.

HAbet hoc priuilegium Homo inter cætera animalia, quod licet omne animal ictum fulmine intereat, homo tamen non semper interit, imò percussus euadit sæpissimè, vt de Anchise apud Virgil. legitur, vt recitat G. Bened. in sua repetit. c. Rayn. in verbo. adiecta impuberi in pr. de Testam.

De Delo Insula.

FVit Delos vna ex Cycladib. cui nomen Ortygia, in ea templum in quo Apollinem ipsũ natum & alitum fabulantur tantæ religionis, vt ne Persæ quidem cum innumeralib. copiis bellũ parant, & omnia iure belli vastant, violentas aut sacrilegas admouere manus ausi fuerint; in cuius ara nullum immolari animal proditum est, quare morbo & pestilenti contagione, coacti Delii id decreto sanxerunt, ne homines defunctos ibi cremarent nevè sepelirent, neque in Delo canes alerent. scilicet, vt ab omni cæde Insula immunis foret. Cumque oraculo moniti Athenienses Deum expiarent, hoc expiationis genus inuenerũt, vt cadauera sepulcris condita inde eruerent, atque edixere, ne quis in Delo moreretur, neuè quis homo nasceretur, sed morituri & pariturae mulieres in Rhenum Insulam Delo proximam transmigrarent. Alex. ab Alexandro Gen. dier. lib. 6. cap. 12.

De non morbosis per vitam.

EXEM-

EXEMPLVM

De Azone Iurisconsulto.

AZo qui fuit mens legum, secundum Cynum in L.certi Iuris.C.Locat.& vas Electionis secund.eūdē in L. contractus C. de fid.instrum.& tēpore quo legebat Bononiæ erant ibi scholares decem millia & nunquam infirmabatur, nisi tempore vacationum, & tali tempore mortuus est, vt per Odofr. in vltimis verbis sui commenti super C.

DE DORMIENTIBVS.

EXEMPLVM

De septem dormientibus.

TEmporibus Decii cum post varias persecutiones Ephesum venisset in medio ciuitatis templum construens omnes sub pœna mortis idolis sacrificare compulit, tantusque pœnarum terror cunctos inuaserat, vt filius patrem & amicus sodalem abnegaret. In ea vrbe septem nobiles primi in palatio Maximin⁹, Marcus Martinianus, Dionysius, Seraphion, Ioannes, & Constantinus idola spernentes ieiuniis & orationibus, in domo celantes vacabant, apud. Decium accusati patrimonium pauperibus distribuentes inito consilio in montem Cœlion secesserunt, & vsq; ad tempus persecutionis finiendæ latere decreuerant,

uerant, quibus vnus administrabat, qui furorem Decii cæteris detexit, & panes allatos obtulit, quo cibo confortati colloquentes in luctu, vt Deus voluit, obdormiuerunt. Decius os ſpeluncæ obſtrui præcepit, vt fame & ſiti dies clauderét. Sed temporibus Theodoſii ſuſcitati ſunt à Deo ad confutand. errorem exortum apud quoſdam negantium reſurrectionem mortuorum. Qui poſtquam Theodoſio Imp. & plurib. aliis locuti ſunt, reſurrectionem atteſtantes in pace dormiuerunt.

EXEMPLVM

De Scholare Lubecenſi.

GRegorio XI. Pontifice Adoleſcens Lubecę Scholaſticis diſciplinis nauans operam recluſit ſe dormitaturus, repertus eſt ſeptennium dormiiſſe, iam enim omnes ſibi perſuaſerant vrbe exceſſiſſe. Krantz. Wandal. lib. 8. c. 39.

EXEMPLVM

De Mida, rege Phrygiæ.

VT refert Valer. Max. lib. 1. de mirac. cap. 48. Midæ cuius imperio Phrygia fuit ſubiecta, puero dormienti formicę in os grana tritici congeſſerunt, parentibus deinde eius quorſum prodigium tenderet, explorantib. Augures reſponderunt: Omnium illum mortalium futurum ditiſſimum. Nec prædictio vana extitit. Nam Midas cunctorum pœnè regum opes abundantia

pecu-

pecuniæ antecessit, infantiæque incunabula vtili Deorum munere donata onustus auro atque argento gazis pensauit.

EXEMPLVM

De Platone.

VAler. Max. eod. loco aliud mirum refert: Formicis Midæ iure meritoque apes Platonis prætulerim, illæ enim caducæ ac fragiles, hæ solidæ & æternæ felicitatis indices extiterunt. Dormientis in cunis paruuli labellis mel inferẽdo, qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii suauitatem ore eius emanaturã dixerunt: At mihi ibidem illę apes non montem Hymenum Thymi florem redolentem, sed Musarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes Dearum instinctu depastæ: maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentię instillasse videntur.

EXEMPLVM

De Seruio Tullio.

REfert: Valer. Max. lib. 1. c. 33. Seruio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuisse domestici oculi annotauerũt, quod prodigium Prisci Tarquinii regis vxor Tanaquil admirata Seruium serua natum in modum filii educauit, & ad regium fastigium euexit.

De choreizantibus per annum.

Contigit temporib. Henrici Imp. mirabile prius inauditum. Cum in villa quadam Saxoniæ in Magdeburgensi diœcesi vbi erat Ecclesia S. Magni, quidam sacerdos missam celebraret, in vigilia natiuitatis Domini 18. viri similiter cũ 15. mulierib. in cæmiterio Ecclesiæ vbi celebrabat, chóreas ducendo alta voce cantarent, sacerdotemque ipsum celebrantem impediebant, mandat illis sacerdos, vt tacerent aut inde recederent, qui sacerdotis verba deridentes desistere noluerunt. Is amaricatus imprecando inquit: Placeat Deo & S. Maguo, vt ita cantantes permaneatis vsque ad annum choreizantes: & ita factum est, vt toto illo anno sine intermissione aliqua choreizãdo cantarẽt, mirabile dictu, toto illo tempore nec ros nec pluuia, supra illos cecidit, sed nec lassitudo nec fames illos affecit, nec vestimenta nec calceamenta, eorum toto illo tẽpore attrita sunt. Anuo autem reuoluto Horebertus Archiepiscopus, in cuius diœcesi hoc mirabile contigit, ad locum veniens à nodo quo sacerdos illos ligauerat; absoluit atque ante altare dictæ Ecclesiæ reconciliauit: filia presbyteri cum duab. aliis continuo exanimata est. Cæteri continuis trib. noctib. proximis dormierunt, reliqui postea abierunt. Cæteri verò pœnam suorum membrorum tremore prodiderunt. Hoc scriptũ reliquit vnus ex istis Vbertus nomine, testatur Hartm. Schedel in Chron. in 6. ætat. mundi fol. 209. Krantz. in Saxon. lib. 4. c. 3. Nauclerus.

Exem-

DE SOMNIANTIBUS.

EXEMPLVM

De Galeno.

DE Galeni quodam somnio hoc tradidere authores. Ipse etenim cum ægroto cuidam nulla ratione remedia adhibere potuisset, per somnium est monitus, vt è vena, quæ inter auricularem & annularem digitos est, sanguinem educeret: Idque cum peregisset peritior factus somno quam studio ægrotus conualuit. Monopolita. Dec. 1. cap. 8. q. 2. 3.

EXEMPLVM

De Calphurnia vxore Iulii Cæsaris.

HÆc Calphurnia quarta vxor C. Iulii Cæs. multum eum amauit, plurimumque eo die quo in Senatu Cæsar occisus est, somnio territa (nam maritum in gremio suo confodi somniabat) hortari cœpit ne curiam ingrederetur. Cæsar spreta Calphurniæ admonitione Curiam ingressus idibus Martiis licet & ab Aruspice Spurinna & Artemidoro pluribusque prodigiis admonitus esset, viginti tribus vulneribus interfectus anno ætatis suæ sexto & quinquagesimo, Principes coniuratorum C. Cassius, M. Brutus & Decius Brutus fuerunt.

EXEMPLVM

De Cornelio Ruffo.

CORnelius Ruffus teste Plinio lib. 7. cap. 50. somniabat se oculis priuatum, quod etiam accidit.

EXEMPLVM

De Constantino Magno.

COnstantinus M. cum multa secum animo volueret, de vrbis Romanæ præstantia, quam cruentare ciuium sanguine verebatur pientissimus Princeps (iam enim inceperat religionis Christianæ fautor summum Deum venerari, anxius belli euentum anhelus suspirabat, eleuato itaque ad sidera vultu, in æthere crucis fulgidum suspexit vexillum, cuius splendore legiones suæ irradiabantur, voxque clamantis excepta est. ἐν τούτῳ νίκα. *In hoc Vince.* Auspicio fulgidæ crucis lætior factus, & de victoria iam securus signum Crucis, quod in cœlo viderat, fronti suæ inscribit, & vexillis applicat militaribus. Fertur etiam deinceps semper manibus suis gestasse ex auro crucis simulacrum. Tradunt alii, meridie in cœlo apparuisse ei ex stellis factum simulacrum Crucis, quarum imagines has litteras formabant. *In hoc Vince.* Et noctu in somnum resolutum eandem vidisse imaginem, appellatumque siue à Deo, siue ab Angelis, vt publico edicto Crucis simulacrum iuberet circum-

mea nesciente me, & tam longè trans mare aliquid aliud siue agente siue seminante, & nihil de illis curis curante, quomodo fiant ista nescio. Hæc ibi.

EXEMPLVM

De S. Cyriaco inuisibili.

S.Cyriacus incola monasterij SanctiSabę, non patiebatur se à necessariis neque ab aliis inuisi. At ad eum nonnulli inuisendum clam aliquando aduenerant, (quod eius cellula quęrentib. fuisset forte indicata.) At illis repentè superuenientibus orauit Deum ne ab ipsis videretur. Aperiens igitur ianuam coram illis exiit de cellula sua, & ab eis penitus visus non est, abiensque in desertum redire tamdiu distulit, donec eos recessisse cognouit. Ita habet Sophron. prat. Spirit. cap. 53.

EXEMPLVM

De pueris Hameleensibus, ingressis in montem.

Hamelia in ripis iacet vrbs celebrata Visurgis
Qua Sathanæ est, olim res noua gesta dolis.
Ascaules crebro venit hanc ignotus in vrbem
Vtriculo pueris carmina grata canens.
Ascaulem sequitur puerorum longa caterua
Ducta nouo cantu ducta, nouoque viro.

Tempore vbi multo hos circumduxisset in vrbe
Vtriculi oblectans carmine dulci sono.
Vicinum ad montem deduxit prauius illos
Ad montem Capitum qui sibi nomen habet.
Ascaules intrat montem, comitantur euntem
Incauti pueri montis in ima Ducem.
Fama venit, trepidi procurrunt vrbe Coloni
Procurrunt matres attonitique patres.
Stat puer id lacrymans non montis in antra secutus
Hic monstrat pueri quem introiere locum.
Perfodiunt ciues latebras montisque cauernas
Scrutantes pueros voce quærente suos.
Ast non inueniunt persosso monte dolentes,
Ah miseri natos quàm doluere diu?
Annales factum veteres testantur in vrbe
Pictura & vitrea est, testis in æde vetus.
Hei Sathanas ludens Solymam persuadet adire
Hos nuper pueros qui reuocare velit
Hac etenim saluos annos tot in vrbe puellos
Seruari mira de bonitate Dei
Barbaricis annos iam binos errat in oris
Si modo adhuc aura vescitur ætheria.
Hei Satanæ insidiæ quantæ? heu ludibria quanta?
Qui nos sic miseros ludificare solet.
Hoc docet Exemplum Satanas quàm quærit in orbe
Quos Leo ceu rugiens perdat vbique pios.
Et magis hic pueris intentat funera mortis
Christiadum vt tollat sancta Lycea Scholæ,
Hunc tu Christe potens sæuum compesce Tyrannum,
Ne vastet cœtus alueolosque tuos.

dat textus ſcripturæ cum dicit: Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylonem ſuper lacum in impetu Spiritus ſui. Ergo non in virtute de nouo addita. Ad motiua. Iuſſio Dei nullam vim de nouo impreſſit aut angelo aut capillis Abacuc, ſed tantum diuinam voluntatem ſignificauit. Etſi angelus apprehenderit capillis, pondus tamen corporis non ita depreſſit, vt vim capillis aut dolorem capiti inferret. Quia licet ad oculum apprehenſio fuerit tantum capillorum, virtus tamen motiua ſe extendit ad totum corpus. His conſentit Dionyſ. Carthuſ. in cap. 14. Daniel. Angelus, inquit, in aſſumpto corpore ſe oſtendens ſimilitudine manus apprehendit Prophetam in vertice capitis, & ſolos capillos vel vnum duntaxat crinem capitis eius tenuit manu, ad inſinuand. quam facile eum ferre potuerit. Virtus autem Angelica non tetigit pilos duntaxat, ſed totum Abacuc corpus, mouens illud facillimè, cum & Angelici Spiritus cœleſtia moueant corpora rapidiſſimo motu, quorum comparatione tota terra eſt tanquam punctum. Itaque apprehenſo Abacuc per capillum, ille capillus non tulit corporis grauitatem, ſed virtus Angelica fluxit in illud & tulit. (Impetu Spiritus ſui) id eſt, celerrima actione ſuæ Spiritualis potentiæ, Petrus Binsfeld. de confeſſ. maleſ. Tertio dub. pag. 116. & ſeq.

cumferri, id illi portendere certam victoriam. Mox igitur aduersus hostem mouet exercitum circaque Miluium pontem castra locabat, ibiq; eum superauit: Sozomeni in historia quam vocant Tripartitam, lib.1.c.4.& 5. hæc extant verba Epiphanio interprete, in his ergo sollicitudinib. constitutus in somnio vidit Crucis signum cœlo splendide collocatum, mirantique visionem adstiterunt Angeli dicentes: O Constantine, In hoc Vince. Fertur autem & ipsum Christum ei apparuisse, signumq; monstrasse Crucis, ac præcepisse, vt figuram similem faceret, & in præliis auxilium hoc haberet, quo victoriæ iura conquireret. Eusebius itaque Pamphili cum iureiurando ipso Imperatore dicente audisse se refert: quia circa meridiem declinante iam sole Crucis signum ex lumine factum & scripturam conscriptam ei dicentem. *In hoc Vince*, vidisset ipse & milites, qui tum eo tunc essent. Pergente namque aliquo cum exercitu pariter, Hoc, inquit, ei miraculum est ostensum. Dumque cogitaret quid esset, nox superuenit & dormienti Christus apparuit cum signo, quod vidit in cœlo, iussitque vt fieret eius signi figuratio, quæ foret auxilium in præliorum congressionibus, &c.

EXEMPLUM

De Gulielmo Duce Bauariæ.

ANnis istis qbus Basiliēse durabat generale Cōciliū, eidē in ꝓtectorē loco Cęsareę Maiestatis dat⁹ est illustris Princeps Wilhelm. Dux Bauarię pater pauperū, & tutor omniū religiosorū, cuius

quam laudabilis vita fuerit, testantur orphanorum & viduarum lacrymę super eodem effusę mortuo. Hic anno vltimè præterito postquam ad propria de Basilea rediit, quadam nocte somnium habuit, in quo ceruum elegantissimæ staturæ vidit, in cuius vno cornu campanellas habere, & in alio cereos plures affixos conspexit. Venator autem quidam, multis cum canibus fugientem insequebatur ceruum, & euadendi eidem omnes vias præuenit, quo viso territum animal in cæmeterium beatæ Virginis Ecclesiæ, quæ in ciuitate Monachensi sita est, fugit, & in apertum sepulcrum descendens per canes captus & occisus est: Euigilauit his visis Princeps & de eis satis admirari cœpit, quid res ista infausti vel ominis portenderet. Cumque die sequenti suis ista patefaceret, ipse dixisse fertur, aliis varie somnium interpretantibus: Ego, inquit ceruus iste sum, & in breui vitam hanc concludens mortalem in dictæ Ecclesiæ loco humari eligo. Ægrotauit deinde statim moriturus, & quanquam diebus paucis viueret, tamen sumptis Ecclesiasticis sacramentis velociter satis vita functus est. Refert Ioan. Nyder in Formicaro, lib. 2. cap. 4.

EXEMPLA

PLura alia sunt de somniantibus verè, cui lubet, legat lib. 1. Mos. Gen. 37: Somnium Iosephi. Gen. 40. Somnium pincernæ & pistoris Pha-

Pharaonis Genes. 41. Somnium Pharaonis. Daniel.2. Somnium Nebucadnezaris. Matth. 2. Somnium Iosephi Matth. 27. Somnium vxoris Pilati. 1. Machab. 4. cap. Somnium Iudæ Machabæi. Plura qui desiderat exempla legat M. Andream Riccium in libr. de Somniis. & Artemidorum & nouissime M. Ancerme Iulianum Doctorem Medicinæ, qui plurima collegit exempla in libro suo De L' Art & iugement des songes & visions nocturnes, quæ hic ad finem properans studio prætereo, diligentem lectorem eo selegabo.

EXEMPLVM

De Ectaticis.

De Ioanne Duns Scoto.

DE Ioanne Duns Scoto Scholastico illo subtilissimo memoriæ proditum est, illum cum in Ectasin incidisset, ipsi peculiarem ob acutissimas meditationes, diutiusque ea detineretur à discipulis, pro mortuo elatum sepultumque esse Coloniæ Agrippinæ, Anno M CCC VIII. in Templo minorum conuentualium in Choro, cum hoc Epitaphio, quod ibi exscripsi.

Ante oculos saxum Doctorem deprimit ingens,
Cuius ad interitum sacra Minerua gemit,
Siste gradum lector fuluo dabis oscula saxo
Corpus Ioannis hæc tenet Vrna Scoti,

Anno Milleno ter CCC. cumque adderet octo
Postremum clausit letho agitante diem.

De hoc Scoto idem narrat Iouius in Elogiis, Fr.Innocentius, Cybus Ghisus in tractat. Italico de sepolcri Dialogo 2. p. mihi 49. Idem refertur de Platone & de aliis. Scotum eleganti carmine decantauit Ianus Vitalis.

Quod nulli vnquam hominum accidit, viator
Hic Scotus iaceo semel sepultus,
Et bis mortuus omnibus Sophistis
Argutus magis atque captiosus.

De Ectaticis latè tractat Petrus Bonaifleau Launaus, in discors Dela excellente & dignitè del homo p. mihi 159. & seqq. vide rationes in tract. meo de Miraculis mortuorum parte 7. cap.56.

Finit opus de Miraculis viuorum,

Regnante Matthia I. Rom. Imper. Caes. A. P. F. P. P.



301

